

Publius Faustus Andrelinus

**Iulius II. P.M. : Discursus viri cuiuspiam eruditissimi festivus sane ac elegans,  
quomodo Iulius II. P.M. post mortem, coeli fores pulsando, ab ianitore illo D.  
Petro intromitti nequiverit quanquam du[m] viveret, sanctiſimi atq[ue] adeo  
sanctitatis nomine appellatus, totq[ue] bellis feliciter gestis praeclarus, vel  
dominu[m] coeli futuru[m] se esse speravit ...**

Iam secundum ... descripta, [Rostock]: Richelius, [ca. 1620]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730402339>

Druck    Freier  Zugang





A - Z.  
A - E  
A - Z.

6A

510. 13.

Fg - 3657-3

Hin

8 R.



Hin















JULIUS II. P. M.

DISCURSUS VIRI CUIUS  
piam eruditissimi festivus sanè ac elo-  
gans, quomodo IULLIUS II. P. M. post mor-  
tem, cœli fores pulsando, ab janitore illo D.  
Petro intromitti nequiverit: quanquam dū  
viveret, sanctissimi atq; ad eo sanctitatis  
nomine appellatus, rotg; bellis feli-  
citer gestis præclarus, vel do-  
minū cœli futurū se es-  
se sperarit.

Lector risum cohibe;

Cui jam nunc accessit

O R A T I O.

Ad Christum Opt. Max pro JULIO

Secundo Ligure pont. Max à quo

dā bene docto & Christiano

per scripta. *Bibliotheca*

Lege & adficiens *Academicae*

Primum *Rostochiensis*

Seculo abbinc 1500. retro caplo

cōscripta typisq; exscripta

Jam secundum Literis Heredum Richilia-  
norum descripta.

INTERLOCUTORES  
JULIUS II. GENIUS, ET  
PETRUS

Uliu. II. Pontifex  
Max. Quid hoc mat-  
li est? non aperiun-  
tur fores? Opinor aut  
mutatam, aut certe  
turbatam seram, GEN.  
Quin potius vide, ne tu non attuleris clavē  
quam oportet; neq; enim eādem aperitur  
hos ostium, qua arca nummaria. atq; adeo,  
cur non utramq; huc attulisti? nam ista  
quidem potentiae clavis est, non scientie.  
ILL. Imo prater hanc nulli mihi unquam in-  
fuit: neq; video quid opus sit illa, quum hæc  
ad sit. GEN. Nec ego sane, nisi quod in-  
terim excludimur. ILL. Effervescit mihi  
bilis, pulsabo fores. Hæus heus aperite hoc a-  
etrum aliquis ostium. Quid hoc rei est ne-  
men predit? Quid ita cessat hic janitor?  
steric

2.  
stertit opinor adprobē potus. GEN. II  
hic ex se meritur omnes. P E. Bene quod  
portam habemus adamantinam, alioqui  
quisquis est, perfregisset. Gigantem ali-  
quem, aut satrapam, urbium eversorem  
adesse oportet. Sed ô Deum immortalem,  
quam hic cloacam olfacio. Non statim a-  
periam ostium, sed hic è fenestra cancella-  
ta prospectans, quid portenti sit cognoscam.  
Quis es? aut quid tibi vis? IVL.  
Quin ta fores aperis quantum potes:  
qui si tuo fungi voluisses officio, obviam o-  
portuit venisse vel universa cœlitum pompa.  
PE Satis imperiose: Tu mihi prius exponito  
quoniam sis. IVL. Quasi vero ipse non videas.  
PE. Videas? Ego vero novum & hactenus  
non visum spectaculum video, ne dicam  
monstrum. IIII. At ni plane cæcū es, a-  
gnoscis opinor clavem hanc: si quercum au-  
team ignoras, & vides triplicem coronam,  
nec non undiq; gemmis & auro lucentem  
pallam. P E. Evidem argenteam clavem  
ut cunq; agnosco, licet & solans, & multe  
dissimilem ijs, quas olim mihi verue ille pa-

4 2

ster

Ego Ecclesia tradidit Christus. Porro coro-  
niam istam tam superbam qui queso possum  
agnoscere? quam nec barbarus unquam ty-  
rannus ausus est gestare & nendum is qui hue  
admitti postulet. Nam palla ista nihil me  
movet: qui gemmas & aurum perinde ut  
rudera calcaria, atq; contempserim. Sed  
quid est hoc? video passim & in clavi, & in  
corona, & in palla notas sceleratissimi cau-  
ponis, & impostoris, mei quidem praeonomi-  
nis, sed non instituti, Simonis, quem ego  
quondam Christi praefidio dejeci. ¶ II L.  
Mitte nugas istas, si sapi: nam ego, si nescis,  
sum Julius ille Ligur: & agnoscis, ni fallor,  
duas litteras, P.M. nisi omnino litteras non  
didicisti. PE. Significant, opinor Pestem  
Maximam. GE. Ha ha ha, ut hic divina-  
tor rem acutetigit. JVL. Imo Pontifi-  
cem Maximum PE. Ut ter maximus sis,  
ac magis etiam quam Mercurius ille Tris-  
megistus, hic non recipieris: nisi fueris o-  
ptimus, hoc est sanctus. JVL. Atq; adeo  
si quid ad rem pertinet appellari sanctum:  
nimium impudens es, qui mibi cuncteris a-  
periros

perire fore: Cum tu tot jāvī seculis tam  
cummodo sanctus dicaris, me nullus unquid  
vocarit, nisi sanctissimum. Extant sex  
millia bullarum. GE. Vere bullarum. JUL.  
in quibus non semel sanctissimus dominus  
nominor immo jam sanctitatis nomine deno-  
tabar, non sancti; ut quicquid mihi libu-  
isset. GEN. vel temulento. JUL. id san-  
ctitatem sanctissimi domini Iulij dicerent  
secisse. PE. Quin tu igitur ab istis adul-  
toribus cœlum postulato, qui te sanctissimum  
fecerunt, & iudicem tribuant felicitatem,  
qui dederunt sanctitatem. Quanquam  
usq; adeo nihil interesse censes, dicaris san-  
ctus, an sis? JUL. Irritor: si modo vive-  
re licuisset, ego tibi istam nec sanctitatem  
inviderem, nec felicitatem. PE. O vo-  
cem sanctissime mentis indicem: quan-  
quam & alioquin ego te jamdudum oculis  
totum collustrans, multam impietatis, nul-  
lam in te sanctimonie notam animadverto.  
Quid enim sibi vult novus iste comitatus,  
tam non pontificius e nam viginti ferme  
millia recump adducis: nec ullum in causa

48

confit.

conspicio turba, cui vel vultus sit Christi-  
anus. Video tetricam hominum colla-  
viciem, nihil proter fortices, temetum, ac  
pulverem bombardicum olentium. La-  
tronos conductitij mihi videntur, vel larvae  
potius tartareae hoc ab inferis eruisse, ut ce-  
ta bella moveant. Nam te ipsum quo mi-  
gis ac magis contemplor, hoc minus illum  
video viri apostolici vestigium. Principio,  
quid hoc monstri est, quod cum supernæ sa-  
cerdotis ornatum geras, idem intus armis  
terruentatis totus horres, crepasq;? Ad hæc,  
quæ truces oculi, quam contumax os,  
quam minax frons, quam elatum & arro-  
gans supercilium. Nam pudet dicere, ac  
piget interim videre, nullam corporis par-  
tem non conspurcatam notis prodigiose &  
abominande libidinis. Ut ne dicam, quod  
etiamnum totus & ructas & oles crapulam  
ac temerum, ac mihi quidem mado vomu-  
isse videris. Deniq; is est totius corporis  
habitus, ut non tam etate moribusve, qui in  
crapula virtus, marcidus & fractus videa-  
tur. GE. Ut graphicò hunc suis depinxit  
coloris

L.  
coloribus. PE. Tametsi video te jam dum mihi supercilio minantem, tamen haud queo reticere, quod sentio. Suspicor pestilentissimum illum Julium ethnicum ab inferis redisse personatum, ut me rideat: adeò tibi cum illo conveniunt omnia. ILL. Madafix PE, quid dixit? GE. Irratus est. Ad hanc vocem nemo cardinalium non fugitabat: alioqui fuisse illum sanctissimi sensurus, praesertim à convivio. PE. Tu mihi videre probè callere sensum hominii. perinde dic mihi, quizes. GE. Ego sum magnus ille Juli⁹ genius. PE. Imò malus opinor. GE. Qualicunq; sum. Julianus sum. ILL. Quinta nugas istas missas facit, ac fores aperit? nisi mavis effringi. quid multis opus est? vides cujusmodi duacam comites? PE. Sane video latrones exercitatisimos: verum ne sis insciens, he fores tibi sunt alijs armis expugnande. ILL. Verborum, inquam, jam sati: ni pares properè, excommunicationis fulmen vel in te torquebo, quo summos aliquando Reges, atq; adeò regna terrui. Bullam vides jam

A 4

in hac

in hac paratam? PE. Quod malum fulmine,  
quod tonitru, quas bullas, quas ampullas  
mibi narras obsecro? nam istorum nihil  
unquam audivimus à Christo. JUL. At  
senties nisi pares. PET. Si quos olim istis fu-  
mis irritasti, nihil ad hunc locum, hic veris  
agis oportet: benefactis, non maledictis  
haec arx expugnatur. Sed queso te tu mi-  
bi fulmen excommunicationis minitaris?  
dic quo jure? JUL. Optimo, quando jam  
privatus es, nec aliud, quām quilibet ple-  
bejus sacerdos, imò ne sacerdos quidem, ut  
consecrāndi impotens. PE. Nempe quia  
mortuus opinor. JUL. Videlicet. PE. At  
ista quidem ratione nihil mihi prestat,  
quām mortuus. JUL. Imò quāndiu car-  
dinales de novo pontifice subrogando liti-  
gant, mea est administratio. GEN. Ut ad-  
buc vītē somnia somniat. JUL. Sed jam  
aperi, inquam, PE. Ni merita narras, in-  
quam, nihil agis. JUL. Quae merita? PE.  
Dic am. Excellisti doctrina sacra? JUL.  
Minime: nec hoc vacabat tot occupato bel-  
lis: verum abunde satis est fratrū, si quid  
hoc

hoc ad rem pertinet. PE. Ergo vita sancte  
monia multos Christo lucrescisti? GE.  
Tartaro quamplurimos. PE. Claruisti mi-  
raculis? ILL. Obsoleta loqueris. PE. Pu-  
re orasti, & assidue? ILL. Quas nugas hic  
gannit. PE. Jejunij vigilijsq[ue] macerasti  
corpus? GE. Define queso hoc apud hunc  
frustra, ne iudas operam. PE. Ego alias  
egregij pontificis dotes non novi: si u[er]o habet  
magis apostolicas, narrat ipse. ILL. Quan-  
quam indigna res est, Iulium illum omnibus  
ante hac invictum, nunc Petro cedere, ut  
ne quid aliud dicam, p[ro]fessori, ac pen[et] men-  
dico: tamen uti cognoscas, cuiusmodi con-  
temnas principem, audi jam paucum. Prin-  
cipio Ligur sum, non ut tu Iudeus, cum quo  
mibi vel hoc esse commune doleo, quod na-  
vicularor aliquando fuerim. GEN. Nihil  
est quod graviter feras, nam hic quoq[ue] per-  
multum interest, quod hic virtus parandis  
gratia p[ro]fiscabatur, tu ad stipem exiguum,  
scalmum remiu subigebas. ILL. Deinde  
Sixti pontificis vere maximi. GEN. De  
virtutis sentie. ILL. E sorore nepos. Hujus

46

Singula-

ingulari favore, meaq; industria, primum  
ad ecclesiasticas opes deinde per gradus ad  
Cardinalitij galeri fastigium sum evectus e-  
prost multis fortune procellis exercitus, ac  
durissimis cassibus sursum jactatus ac deor-  
sum ac preter alios morbos, comitali quoq;  
obnoxius. Deniq; scabie quoq; ( quam  
Gallicam vocant ) totus opertus. Ad hæc  
exul, invisus, damnatus, omnibus abjectus,  
ac penè deploratus. Tamen ipse summo  
pontificio spem nunquam abjeci: ea erat a-  
nimis fortitudo, quum tu mulierculæ voce  
territus, statim cesseris. Tibi mulier ani-  
mum ademerat: mibi mulier quedam fa-  
tidica, sive sortilega, fiduciam hanc addi-  
derat: que quondam tot mero malis, clām  
insūrravit in aurem: Perdura Julianæ,  
nihil te pigeat vel facere, vel pati: olim  
triplici corona decoraberis: eris rex regū,  
& dominus dominantium. Neg; vero me  
fesellit, vel mea spes, vel illius vaticinium.  
Huc quoq; præter omnium spem sum elucta-  
eus, partim ope Gallorum, qui rejectum fo-  
verunt, partim inestimabili vi pecuniariū,

200

non absq; multo constata fænore : nec id  
absq; ingenio tamen. PE. Quod ingenium  
narras ? ILL. Hoc est, non absq; promissis  
ex pacto sacerdotijs, atq; in hoc repertis ar-  
te fidejussoribus : quandoquidem tam in  
gentem pecuniam vix crassus ipse præsen-  
tem totam numerasset. Verum hæc fru-  
stratib; narro, que nec omnes intelligunt  
mensarij. Habes quomodo pervenerim :  
jam in pontificatu ita me gessi, ut nemo sit,  
non dicam priscorum illorum pontificum,  
qui solo titulo mihi videntur fuisse pontifi-  
ces, sed nec recentiorum, cui tantum Eccle-  
sia, tantum Christus ipse debeat, quantum  
mihi. GE. Ut Thrasonem agit belua.  
PE. Expecto quorsum evadas. ILL. Nam  
multi officijs ( sic enim vocant ) novis re-  
pertis non mediocriter auxifscum pontifi-  
cum. Tum rationem inveni, ut circa Si-  
moni & vicium episcopatus emerentur. Ni-  
mirū constitutū est à majoribus meis, ut cuō  
contigerit episcopatus, is deponat officium :  
id ita sum interpretatus, deponere juberis :  
at non deponitur, quod non habes : emen-

sum igitur quod deponas. Hac arte si-  
guli episcopatus sena statim, aut sepe na-  
ducatorum millia adferebant: prater illa  
que ex more pro bullis extorquentur. Tum  
ex nova moneta (quæ totam explevi Ita-  
liam) non exiguum emolumendum confla-  
vi: necnulla cessavi parte in accumulatio-  
pecunij. Nimirum intelligens absq; his  
nihil recte geri, neg<sub>3</sub> sacrum, neg<sub>3</sub> profanū.  
Et ut ad maiora veniam, Bononiam à Ben-  
zivolis occupatam Romanæ sedi restitui. Ve-  
netos ante invictos omnibus, marte contudi.  
Ferrarie ducem diu male vexatum bello,  
propemodum in nassau illexeram. Conci-  
liabulum schismaticum simulato contra  
concilio feliciter elusi, & clavum (quod di-  
si solet) clavo depuli. Postremo Gallos  
tunc orbi formidabiles universi ex univer-  
sa Italia deturbavi: deturbaturus & Hi-  
spanos (nam huc ibam) nisi me fata terris  
eripuissent. Atq; hic quoq; quam invictum  
prestiterim animum, vide: Gallis superio-  
ribus latebras circumspectare cœpi, canam  
alebans barbam rebus propemodum in de-  
esperatio-

sperationem adductū: cum repente nunc  
cius affertur aureus, apud Ravennam ali-  
quot Gallorum millia trucidata, ibi revixit  
Iulius. Ad hæc triduum ferme pro mortuo  
habebar, etiam mihi: atq; hic quoq; rursus  
præter omnium, atq; adeo meam etiam spem  
revixi. Tantum igitur mea valet vel au-  
toritas vel astutia, ut hodie sic nemo regum  
Christianorum, quem non ad arma conci-  
taverim, ruptis, discisis, discussis foederibus  
omnibus, quibus interfuerunt arctissime  
conciliati. Proximo quoq; foedere (quod  
Cameraci inter me, & Gallorum, & Ro-  
manorum regem, aliosq; cojerat principes)  
ita abolito, ut ejus ne mentio quidem un-  
quam sit facta. Super haec omnia, quinque  
tantum aluerim exercitum, tot splendi-  
dissimos triumphos adornarim, tot exhi-  
buerim ludos, tot locis edificaverim: tamē  
moriens reliqui quinquages centena milles  
ducatorum: majora gesturus, si Iudeus ille  
medicus, qui diu mihi vitam arte sua pro-  
rogarat, amplius proferre potuisset. Atq;  
utinam nunc quoq; magis aliquis me in-

A

visare

Vitam restituat, quo egregius captiuus mei cō-  
lophonem liceat imponere: tametsi moriens  
ad sedulū curavi, ne bella per me toto orbe  
concitata componerentur: dediq̄ operam,  
ut pecuniae in eum duntaxat usum essent  
incolumes: hac erat suprema vox anima  
exhalantia. Nunc, & sic de Christo, sic  
de Ecclesia merito pontifici gravare Christi  
fores aperire? Atq; hac magis admirabitur,  
qui perpenderit me hac sola animi virtute  
perpetrasse, nullis aliis adjutum adminicu-  
lis, quibus alij ferē solent. Non natalibus,  
quum ne ipse patrem norim: quod quidem  
ad gloriam meam dixerim: non formas,  
quum larvale faciem omnes exhorruerint:  
non litteris, quas nunquam attigi: non  
corporis virilis, quod mihi tale contigit,  
quale superius descripsi: non etatis favore,  
senex hac gesi: non popularitate, nam ne-  
mo non oderat, non clementia, qui adeo  
sui inexorabili, ut in eos quoq; favierim,  
quibus alij solent omnia permittere. PE.  
Quid hoc rei est? GE. Hoc tametsi durum  
videtur, molle quiddam est. IUL. Sed re-  
luctans

Luctante fortuna, etate, corpore, breviter,  
diis atq; hominibus, soto tamen animo meo  
fretus & pecunijs, hec tanta paucis annis  
gessi: tanta relicta materia posteris, ut sic  
quod agant vel in decimum annum. Hæc  
de meipso verissime quidem, sed tamen mo-  
destissime dixi: que si quis eorum, qui Ro-  
mæ solebant apud me dicere, suis phaleris  
exornasset, deum audires, non hominem.  
PE. Invictissime bellator, quoniam mihi no-  
va & inaudita sunt omnia que narras. qua-  
so veniam hanc, meo des vel stupori vel im-  
peritiae, ne molestum sit crassius de singulis  
percunctanti respondere. Qui sunt isti  
candidi, comatuliq; ILL. Hos quidem a-  
nimi causa alebam. PE. Qui nigri isti, &  
cicatricosi? ILL. Milites sunt ac duces, qui  
mea, & ecclesiæ causa fortiter in bello mor-  
tem oppetierunt, partim in expugnanda  
Bononia, complures in prælio adversus Ve-  
netos, pleriq; apud Ravennam: quibus o-  
mnibus vel pacto debetur cælum: siqui-  
dem jam pridem magnis bullis sum pollici-  
tus, recta in cælum evolaturos, quicunq;

Iulij

Iulij auspicio pugnarent, etiam quaecumque  
vita processisset. PE. Proinde quantum  
conjectura consequor, existis erant, qui mihi  
sepius ante tuum adventum molesti fuerunt (dum hoc tantum non vi conarentur  
irrumpere) plumbeas quasdam bullas ostentantes. ILL. Ergo non admisiisti,  
quantum audio. PE. Egone? ne unum  
quidem istius sane generis. Nam ita me  
docuit Christus, has fores aperiendas non  
huius, qui plumbo graves hic adducunt bullas,  
sed qui nudos vestierunt, esurientes  
paverunt, sitiensibus potum dederunt, ca-  
ptivos inviserunt, peregrinos collegerunt.  
Etenim si eos quoque voluit excludi, qui in  
nomine suo prophetarint, qui dæmonia eje-  
cerint, qui signa fecerint: tuncenses ad-  
mittendos, qui tantummodo, bullam hic  
afferunt, Iulij nomine? ILL. Quid si  
scisssem? PE. Intelligo, si quis ab inferis re-  
versus, ea tibi renunciasset, bellum indi-  
xissem mihi. ILL. Quin & excommuni-  
casset: PE. Sed perge, cur armatus ipse?  
ILL. Quasi nescias summo pontifici utrumque,

Se

2.

effe gladiū aut nīf velis bellare nudū. PE.  
Ego sane cūm istum tenerem locum, nūl-  
lum novi gladium: nīf gladium spiritus,  
quod verbum Dei. ILL. At non idēo  
prædicat Malchus, cuius auriculam abegit  
gladio amputasti credo. PE. Memini, &  
agnosco, sed tunc pro magistro Christo  
pugnabam, nōn pro me: pro vita Domini,  
nōn pro nummis, aut ditione seculari: &  
pugnabam nōn tam pontifex, promissio  
dūtacit clavibus, nōn acceptis, nondū  
accepto Spiritu Santo, & tamen iussus sum  
recondere, ut palam admireret, hoc pugnare  
genus nōn convenire sacerdotibus, imo ne  
Christianis quidem, verūm hāc aliās. Cū  
tam accuratē te Ligurem esse prædicas &  
quasi quicquam hoc ad Christi vicarium  
pertineat qua gente sit oriundus. ILL.  
Imo summam existimō pietatem, gentem  
meam nobilitare: proinde titulum hunc  
numismatis, statuī, fornicibus, ac paries  
tibus omnibus inscribo. PE. Ergo patriam  
novit, qui patrem non novit. At ego  
misio putabam te de caelesti Hierusalēma  
credens

credentium patria loqui: deg<sub>3</sub> illius unico  
princepe, cuius optant illi sanctificari, hoc  
est, illustrari numine. Sed cur addis, Sixti  
ex sorore nepotem: quem quidem hominem  
demiror nunquam huc accessisse: prōser-  
tim cum & summus fuerit pontifex. &  
tibi tanto duci cognatus. Quare dic obo-  
secro, quid homini fuerit? Sacerdosne?  
ILL. Imo miles egregius, tam eximie rel-  
igionis, nempe Franciscane, PE. Evidē  
Franciscum vidi quondam virum inter  
laicos optimum, opum, voluptatis ambitio-  
nis summum contemptorem. An paupero-  
culus ille tales nunc habet satrapas? ILL.  
Quantum video, notis quemquam ad meo  
livora proficere: pauper erat & Benedictus  
cum hujus posteri nunc adeo divites sint,  
ut nos etiam illis invideamus, PE. Pulchre,  
sed ad rem redito, de Sixti nepote. ILL.  
Consulto id facio, nimurum ut obturem  
os ijs, qui me ex illo prognatum affirmant,  
nimurum libere. PE. Libere, sed quid num  
vere? ILL. Atqui non est istud e pontis  
scia dignitate, cuius ubiq<sub>3</sub> habenda est  
ratio.

ratio. PE. At ipsa sui rationem ita demū  
 rectissimē mihi videtur habitura, si nihil  
 admittat quod jure possit opprobrari. Sed  
 obtestor per pontificiam maiestatem dic  
 mihi bona fide, estne ista jam via vulga  
 rit, ac solennis ad summum pontificium  
 perveniendi quam modo depingebas? ILL.  
 Aliquot jam seculis haud fuit alia: nisi  
 forte qui mihi successurus est, alia crea  
 bitur via. Nam ipse summum asscutus  
 pontificium, statim edita formidabili bullā  
 tavi, ne quis similī ratione ad eum hono  
 rem penetraret, eam bullam, & paulo  
 ante mortem renovavī: quantum sit va  
 litura, viderint alij. PE. Opinor nemio  
 nem rectius id malum describere potuisse:  
 sed illud miror, quenquam inveniri, qui  
 munus hoc velit suspicere: pr̄sertim cum  
 tot occupationibus sit (ut audio) obno  
 xium, & tanto negotio ad id sit ductan  
 dum. Nam me pontifice vix quisquam  
 vi poterat adigi, ut presbyteri aut diaconi  
 suspiceret honorem. ILL. Neg<sub>z</sub> mirum  
 adeo: nam illi temporibus status episcop  
porum

porum & patrum nihil aliud erat, quam labores, vigilie, jejunia, doctrina, sepe numero mors: nunc regnum est ac tyrannus: & quis pro regno, si spes sit, non dominicet? PE. Sed age, quid Bononia, num à fide descoverat, ut fuerit sedi Romane restituenda? ILL. Bona verba, non hoc agebatur. PE. Fortasse Bentivolo male administrante marcebat resp. ILL. Imo maxime florebat illa civitas, multis adiustiis aucta & illustrata. & eam ob rem impensius inhiabam. Intelligo: præter jus igitur invaderat? ILL. Ne hoc quidem, ex pacto posidebat. PE. Cives ergo non ferebant cum principem? ILL. Imo mordicus illum tenebant: me aversabantur ferme universi. PE. Quid igitur cause? ILL. Nempe quod ille sic admisstrabat, ut ex immensa pecunia, quam à civibus collegerat, vix paucula millia ad nostrum redirent fiscum. Præterea sic expediebat ad id, quod tum agitabam animo. Itaq; Gallis operam navantibus, & nonnullis meo fulmine territus, proficato

gato Bentivolo, Cardinales ac Episcopos  
arbi præfeci: ut nulla pars emolumen-  
torum non rediret ecclesiæ Romane. Ad  
hac, titulus & imperij dignitas ante pes-  
nes illum esse videbantur: nunc undiq;  
nostræ visuntur statuae; nostri leguntur  
tituli, nostra adorantur tropheæ: jam  
passim & Iulius Saxeus stat & æneus. De-  
nig, si spectasses quām regali triumpho Bo-  
noniam sim ingressus, fortasse contemneres  
omnes Octaviorum ac Scipionum triu-  
phos: & intelligeres me non absq; causa  
tam strenue pro Bononia dimicasse: vereq;  
spectasses eodem tempore, & militantem,  
& triumphantem ecclesiam. PE. Ergo  
te regnante, quantum intelligo, contigit  
illud, quod nos orare jussérat Christus,  
Adveniat regnum tuum. Iam verò Ves-  
neti, quid admiserant? IVL. Primus  
græcisabant, ac me propemodum pro de-  
lectamento habebant, nihil non convitio-  
rum in me jacientes. PE. Verorum ab  
falsorum. III. Quid refert? sacrilegium  
est de Romano pontifice, vel mutare, nisi  
*in lau*

in laudem. Deniqse sacerdotia suo confes-  
reabant arbitratu: nullas lites buc trans-  
ferri patiebantur: nullas commercabantur  
dispensationes. Quid multis opus est? ino-  
tolerabili jactura Rem inam sedem afflige-  
bant, quippe qui non exigua insuper pa-  
trimonij tui partem occuparant. PE. Mei  
patrimonij? Quod obsecro mihi narras pa-  
trimonium? qui relictis omnibus, nudum  
**Christum** nudus sum secutus. IIII. Aliquot  
inquam oppida sedi Romance debita: sic  
enim peculiarem illam possessionum suarū  
partem sanctissimis patribus placuit appelo-  
lare. PE. Me*a* quidem infamia probe-  
vestris lucris consulitis. Hanc igitur apo-  
pellas jacturam intolerabilem? IIII. Quid  
ni? PET. Verū erant corrupti mores, res-  
frixerat pietas? IIII. Apage de nugis as-  
gis, imò detrahebantur nobis infinita du-  
catorum millia, quod vel legioni militum  
alende sufficiebant. PE. Magna sane ja-  
dura fænectori. At Ferrariensis ille, quid  
tandem designarat? IIII. Quid ille? homo  
**omnium hominum ingratissimus?** Huic  
monere

bonorem eum habuerat ille Christi vicarius, Alexander ut alteram filiam illi daret uxorem: addidit dotis nomine luculentissimam ditionem, homini alioqui ignavos tamen immemor tantæ humanitatis, semper oblatrabat mibi Simoni acutum, pederas stem, ac emotæ mentis hominem dictitans & insuper vectigalia nonnulla vendicabat non illa quidem maxima, tamen haud quam aspernenda diligenti pastori. GEN.  
Ino negotiatori. IIII. Ad hæc quod verius ad rem pertinet, expediebat hoc ad id quos parabam, hoc imperij nostræ ditioni copulari, propter situs oportunitatem. Proinde conatus sum, hoc disturbato, ditionem sam mea cognato conferre, viro strenuo, qui quidvis pro dignitate ecclesiæ ausuro: ut qui nuper suæpote in cuius Cardinalem Papamensem in mecum gratiam confoderit. Nam filia maritus sua sorte contentus est. PE.  
Quid audio? uxores ac liberos habent summi pontifices? IVL. Suas quidem uxores non habent: liberos autem eos habere, quid monstrari, cum sint viri, non Eunus.

.ab. 2

ebi? PE. Sed quæ tamen res excitarat  
schismaticum illud conciliabulum? IVL.  
Per longum fuerit rem à primarepetere o-  
rigine: dicam summatum. Iam quosdam  
cædere cæperat Romanae curiae: Ajebant,  
turpi quæstu, prodigiosis ac nefandis libido-  
nibus, veneficijs; sacrilegijs, cædibus; Si-  
moniacis nundinis inquinata esse omnia:  
Meipsum ajebant simoniacum, temulentū,  
spurcum, mundano turgidum spiritu: ac  
modis omnibus eum, qui locum illum indi-  
gnus cum summa reip. Christianæ pernicie,  
occuparem: Itaq; generali concilio succu-  
rendum esse rebus tam afflictis. Addebat  
adjuratum me ut posthac acceptum hono-  
rem, intra biennium generale concilium  
indicerem, hac lege creatum pontificem.  
PE. Atq; id verè dictum? IVL. Imo &  
factum. At ipse me ab eo jurejurando,  
quum visum est, absolvit. Quis autem  
dubitet, vel quidvis dejerare, cum de regno  
agitur? In alijs colenda pietas, ut elegans  
ter ille dixit IVLIVS, alter ego. Sed aus-  
daciam hominum spectas; vide quorsum bo-  
evadant,

2.  
vadant. Desciscunt Cardinales novem,  
denunciant mibi concilium, invitant, orat,  
ut praesideam. Quum non impetrant, in-  
dicunt universis. authore Maximiliano  
tanquam Imperatore (quod historie re-  
stantur olim ab Imperatoribus Romanis con-  
cilium indici solere (authore item Gallo-  
rum rege Ludovico ejus nomini duodecimo  
Horresco referens, ac tunicam illam Chri-  
sti inconsutilem conantur discindere quoniam  
in quoque reliquerunt integrum, qui Christum  
crucifixerunt. PE. Sed eras hujemodi  
qualem illi praedicabant? JUL. Quid ad  
rem? Summus eram Pontifex, sive me  
vel Cercopibus sceleratiorem, vel Mericho  
stultiorem, vel indoctiorem stipite, spurci-  
orem lerna: qui quis hanc tenet potentia  
clavem, cum decet ut Christi vicarium re-  
vereri, ut sanctissimum suspicere. PE. E-  
tiam aperte malum? JUL. Vel apertissi-  
me. Quare non ferendum, ut eum que  
Dei vicem agit in terris, omnino Deum quen-  
dam inter homines praestat; à quo piam  
bonunctione reprobatur, aut convitys

B

viale-

violetur. PE. Atqui reclamat sensus com-  
munis, ut bene sentimus de eo, quem pa-  
lam scelerosum cernimus: aut bene loqua-  
mur de eo, de quo male sentimus. ILL.  
Cogitet quisque quid volebat modo bene loqua-  
tur, aut certe sileat. Porro reprehendi non  
potest Pontifex Romanus nec a concilio ge-  
nerali. PE. Unum hoc scio, qui Christi vi-  
tem sustinet in terris, debere quam potest  
illissimum esse, atque ita vitam omnem  
peragere, ne quid in eo possit reprehendi,  
necne quisquam merito de illo male loqui  
queat. Male vero cum Pontificibus agi-  
tur, si ut bene de se loquantur homines, mi-  
nis extorquent potius, quam benefactis im-  
petrant: quos nisi mentiendo laudare non  
posse, quorum summa gloria sit, hominum  
male sentientium coactum silentium. Ve-  
rum illud mihi responde. Nulla ratione  
potest amoveri scelerosus ac pestilens ponti-  
fex. ILL. Ridiculum, a quo amoveretur,  
qui summus est. PE. Atqui ob id ipsum ma-  
xime debeat amoveri, quia summus. Nam  
que major, hoc perniciosior. Si humana  
leges

L.

leges Imperatorum male remp. adminis-  
trantem, non solum abdicant, verum eti-  
am capitis afficiunt suppicio, quenam est  
tam infelix Ecclesia conditio, ut Rom. pon-  
tifice omnia subvertentem ferre cogatur,  
nec ullo pacto possit publicam pestem depel-  
tere ? JUL. A si corrigendus est Rom. pon-  
tifax per concilium corrigatur oportet.  
Porro concilium cogi non potest invito pon-  
tifice : alioqui conciliabulum sit, non con-  
cilium. Quod si maxime cogatur, nec  
statui quicquam potest refragante Pontifi-  
ce. Deniq; restat extrellum praesidium,  
absoluta potestas, qua longe jam superior  
est unus Pontifex universo concilio. Ce-  
terum submoveri sacerdotio non potest ob  
quodvis crimen. PE. Non ob homicidium.  
JUL. Nec ob parricidium. PE. Non ob  
fornicationem. JUL. Bona verba in ob ne  
ob incestum quidem. PE. Non ob sinonia-  
cam impietatem ? JUL. non vel ob sexen-  
tas. PE. Non ob beneficium ? JUL. Ne  
ob sacrilegium quidem. PE. Non ob blasphe-  
miam ? JUL. Non inquam. PE. Non ob

hec omnia simul in unam cœu lernam con-  
flata? JUL. Adde si liber sexcenta flagi-  
tiorum nomina, his quoq; fædiora, non po-  
test tamen Romanus Pontifex ob ista sub-  
moveri loco. PE. Novam vero mihi Rm.  
pontificis dignitatem predicas, siquidem  
huic scilicet impune pessimum esse: Tum  
magis novam infelicitatem ecclesie, si tale  
portentum nulla queat via excutere, ta-  
lemq; cogatur adorare pontificem cuius-  
medi nemo toleraret stabularium. JUL.  
Ob unum quiddam duntaxat amoveri posse  
dicunt. PE. Ob quod obsecro benefactum?  
quandoquidem ob malefacta non potest, si  
ob haec, quæ dixisti, non potest. JUL. Ob  
crimen hæreseos, & ita demum si publice  
sit convictus. Verum id quoq; frivolum  
est: neq; vel tantillum officit pontificia ma-  
jestati. Primum illi in manu est, legem  
ipsam abrogare, si minus placeat. Deinde  
quis ausit summum pont. in crimen voca-  
re & præsertim tot armatum præsidij? Ad  
haec si forte prematur concilio, facilis est  
palinodia, si inficiari non liceat. Postremo,  
mille

L.  
mille sunt cuniculi, quibus facile posse elabri: nisi prorsus stipes sit, non homo. P.E. Sed dic mihi per pontificiam dignitatem, quis leges istas tam praelaras condidit? JUL. Quis alius nisi fons legum omnium, Rom. pontifex? At qui ejusdem est legere abrogare, interpretari, dilatare, astringere; utcunq; visum est suis expedire commadix. P.E. Felicem profecto pontificem si legem ferre posse, qua Christum etiam edat, nedum concilium: quanquam adversus hujusmodi pontificem, cuiusmodi tu modò descripsisti, palam scelerosum, temulentum, homicidam, simoniacum, veneficum, perjurum, rapacem, portentosis libidinibus generibus undiq; conspurcatum, idq; propalam, non tam optandum generale concilium, quam plebs armata saxis, ut publicitus orbis pestem, tollat è medio. Verum age, dic mihi quid est cause, cur Rom. pontifex tantopere horreat generale concilium? JUL. Quin idem à monarchis queris, cur Senatum & celebres concessus oderint? Nempe quod turbat tot excellen-

sum virorum non nihil obscuretur regia dignitas. Qui docti sunt, ijs literæ fiduciā & audaciam addunt: qui boni conscientia freti, liberius loquuntur, quam nobis expediat: qui dignitate prædicti, autoritate utuntur sua. Accedunt & inter hos nonnulli, qui nostræ invident glorie, & hunc animum secum afferunt, ut minuant pontificis & opes & autoritatē. Deniq; nullus hic assidet, quin sibi putet a liquid adversus Partijem licere conciliū titulo, nimirum alias invictum. Proinde vix ullum concilium tam feliciter cessit, si summus ille p[er]t[er]ficiens nō aliquam majestatiū sua jacturam senserit, minusq; summus discesserit. Cujus rei vel ipse testis esse potes, nisi proflus excidit. Nam quantumcunq; quidem de rebus leviculis agebatur, non de imperijs & regijs censibus, ut nunc, sicut in Jacobus, ausus est tuæ orationi non nihil de suo adiçere. Etenim quum genitiles onere Mosaicæ legis in totum liberas- ses, Jacobus succedens fornicationem exceptit, & sanguinem, & idolothrytum, veluti corrigens

corrigens tuam sententiam: ut hodie quoque  
sint, qui hanc rem commoti, non tibi, sed Ja-  
cobo putent fuisse summi pontificis autho-  
ritatem. P.E. Igitur illud spectandum exi-  
stimas: ut salva sit regia summi pontificis  
majestas, ac non magis publica utilitas  
reip. Christianae. J.U.L. Ad suum quicquid  
commodum spectat, nos nostrum agimus  
negotium. P.E. Atqui si Christus idem fe-  
cisset, jam non esset ecclesia, cuius te mo-  
narcham esse jactitas: & non video quod  
conveniat, ut qui Christi vicarius appellari  
gaudeat, Christo diversa sequatur. Sed  
illud jam expedit quanam arte schismatici  
illud, uti tu vocas concilium discusseris.  
J.U.L. Dicam equidem, assequere si potes  
Primum Imperatorem Maximilianum (sic-  
enim vocant) ut est unus omnium minimus  
difficilis, tametsi per solennes nuncius con-  
cilium indixerat, tamen non dicendis mo-  
di ab instituto seduxi. Præterea Cardi-  
nalibus aliquot arte simili persuasi: ut quocum  
publicatus jam instrumentis statuerant, ac-  
sunt notarijs ac testibus negarunt. P.E.

A +

A.

An istud licet? JUL. Quid ni liceat, ap-  
probante summo pontifice? PE. Quid igi-  
tur si volet iusjurandum, iusjurandum non  
est: ut à quo paßim quos vult liberat. ILL.  
Sed tamen ut ingenuè dicam, id erat paulo  
quidem impudentius: verum non patebat  
via commodior. Deinde, quam videbam  
futurum, ut apud nonnullos invidia conci-  
lii premeret, maxime quod sic esset indi-  
ctum, ut non excluderet, sed suppliciter  
invitarer rogarerq; præsidere: vide quam  
jam technam repererim, superiorum se-  
cutus exemplum. Ipse vicissim ad concil-  
lium provoc. vi: causans, nec tempus, nec  
locum satis idoneum esse, quem illi præsti-  
tuissent: Et Romæ subito concilium indi-  
xi, quo neminem venturum arbitrabar Iu-  
lio non amicum, aut certè non obsecunda-  
tum. Sic enim multis exemplis docue-  
ram. At protinus in hunc usum complu-  
res cardinales creavi meis institutis accom-  
modos. GEN. Hoc est, facinorosissimos.  
JUL. Rursum hoc concilium, nisi indixisse,  
concilium non fuisset: & tamen haudqua-  
quam

qui in expeditiebat rebus meis tantam episcoporum & abbatum turbam huc confluerebat  
inter quos fieri non potest quin aliquo, probi p̄ijḡz fuerint futuri. Itaq; monui,  
ut sumptibus parcerent: & singule regiones unum aut alterum duntaxat mitteret.  
Deinde cum ne hoc quidem satis videreim,  
& paucos ex tot provincijs ad magnum re-  
dituros numerum, denuo illis jam ad iter  
accinctis denunciavi ne venirent: concilium in aliud tempus prorogandum: com-  
mentus ad id causas utcūq; probabiles: Atq;  
ijs artibus exclusis universis rursus ante-  
vertens quem prescripferam diem, Rome  
concilium institui, cum ijs duntaxat, quos  
ad id paraveram. Inter quos etiam si  
qui fuerant, qui dissentirent à me, tamen  
illud certam habebam, Julio neminem re-  
fragaturum, tanta armis & satellitibus  
superiori. Jam ad hunc modum ingen-  
tem invidiam movi Gallicano illi concilio,  
dimissis quoquoversum literis, in quibus de  
nostro sacrosancto concilio faciebam men-  
tionem. concilium illorum execratus, con-

B C

rentio-

~~zoniculum~~ satana, conciliabulum diaboli,  
~~schismaticus~~ conſpirationem subinde no-  
minans. PE. Oportet ſceleratissimos ſuisse  
Cardinales authores ac principes concilyi.  
ILL. De moribus nihil queror: Sed caput  
hujus negotij fuit cardinalis Rothomagen-  
ſis, qui nescio qua ſanctimonia ſemper huic  
ſpectavit, ut ecclſiam reddere emendatio-  
rem. Idq; fecit locis aliquot. Hunc mors  
eripuit mihi, tum rem faciens omnium  
gratiffimam. Succedit huic Cardinalis  
titulo ſancte crucis, Hispanus, vite quidam  
inculpata, ſed rigidus, ſenex ac theologus.  
Quod quidem genus hominum ferme ſoleat  
eſſe in ſectum Romanii Pontificibus. PE.  
Atqui homo theologus nihil habebat, quod  
ſuo facto probabiliter obtekeret? ILL.  
Per multa. Ajebat enim nulla fuiffe tem-  
pora inquietiora quam tunc erant, nunquam  
ecclſie morbos magis intolerandos: itaq;  
generali concilio ſuccurrendum me, cum  
ad ſummum pontificium admitterer ſacra-  
mentis adactum, ut ſecundo ab inito pon-  
tificatu anno concilium indicerem, & ita  
adactum,

adactum, ut nec à Cardinalium confessis  
posse absolvī: Deinde sapientis à fratribus  
Cardinalibus meis admonitum, rogatum,  
interpellatum à principib⁹, quidvis potius  
quam hoc in aurem admisi: ita ut palam  
appareret Iulio vivo nunquam futurum  
concilium. Citabant exempla superiorū  
conciliorum: citabant leges aliquot pontifi-  
cias, quibus ostendebant me cum meū de-  
trectare concilium, ad se jus indicendi de-  
volutum. Ceteris item principib⁹ conni-  
ventibus, indicendi munus ad Imperatorem  
Romanum qui olim solus indicebat, & ad  
Gallorum Regem, qui precipuus esset, per-  
tinere. P.E. Num interim in te nefaria  
dictu scribebant e. IIII. Imò surciseri plus  
hic sapiebant quām volebam. Rem odio-  
fissimam mira modestia tractabant: & non  
solum temperabant à maledictis, sed me  
nunquam nisi cum honoris profatione no-  
minabant, rogantes & obsecrantes per o-  
mnia sacra piag, ut quod me dignum erat,  
quodq; jurejurando pollicitus esscm, consilio  
indicto prasiderē, pariterq; secum sanandis

B 6

Eccles-

Ecclesiæ mali operam commodarem. Nec  
dici potest quantum hæc temperantia mihi  
conflarit invidie: præsentim cum omnia  
sua sacris literis condirent. Nam apparet e-  
ruditos aliquod adhibitos ad id. Addebat  
interim jejunitia, orationes, miram vitæ fru-  
galitatem: ut magis etiam me premerent  
opinione sanctitatis. PE. Tu contra quo  
titulo concilium indixeras. ILL. Longè  
splendidissimo. Ostendebam mihi in animo  
esse primum corrigere caput ecclesiæ, hoc  
est, meipsum. Deinde principes Christianos.  
Postremò plebem universam. PE. Bellam  
audio comadiam, sed jam expecto catastro-  
phen. Iuvat audire quid Theologi illi in  
Satanæ conciliabulo statuerint. ILL. In-  
digna, ab omni nanda, refugit animus com-  
memorare. PE. Obsecro tam nefanda?  
ILL. Prorsus impia, sacrilega, plus quam  
heretica: quibus nisi manibus & pedibus  
obstisset, imò armi pariter atq; ingenio,  
actum erat de dignitate ecclesiæ Christia-  
nae. PE. Tanto magis exspecto quæ sint ista.  
ILL. Adhorresco referens. Id agebant  
scelestis.

2.  
scelesti, ut ecclesiam tot opibus ac tanta  
ditione florentem, ad veteras illas fordes, ac  
miseram frugalitatem revocarent: ut  
Cardinales qui nunc vite strepitu quosvis  
antecellunt tyrannos, ad paupertatem re-  
digerentur: ut Episcopi multo contractius  
viverent, minus satellitum, minus alerent  
equorum. Decreverant, ne passim Car-  
dinales absorberent: episcopatus, abbatias,  
sacerdotia: ne quis unus plures episcopatus  
complecteretur. Iстos qui per fas ( ut a-  
jebant ) nefas <sup>3</sup> sexcenta, si possint, cumu-  
larent sacerdotia, coercendos censebant, ut  
huius essent contenti censibus, qui frugali sa-  
cerdoti satis essent: Ne quisquam creare-  
tur summus pontifex, aut episcopus, aut  
sacerdos interventu munerum, aut respectu  
favoris, aut turpis obsequij, sed dunt axat  
ex vita meritis. Quod si compertum esset  
illoco submoveretur. Ut liceret Ro. pon-  
tificem palam facinorosum, ab honore de-  
pellere. Ut episcopis cortatores, ac temu-  
lenti, privarentur administratione. Ille  
sacerdotes palam facinorosi, non solum sa-

B 2

sacerdos

terdotio, verum membro corpori mutila-  
rentur. Alioq; id genus permulta. Nam  
omnia referre piget, que propterea eo tende-  
bant, ut nos onerarent sanctimonia, divis-  
os & imperio spoliarent. PE. Quid igitur  
contra hæc statuebatur in illo sacro sancto  
concilio Romano? ILL. Iam mihi videris  
oblitus id quod dixi, me nihil aliud agere  
voluisse conciliij prætextu, nisi ut clavum  
clavo pellerem. Primus ille conventus con-  
sumptis solennibus quibusdam ceremonijs  
ex antiquitate relictis, quas ob antiquitatē  
adhuc utrumq; placet observare, etiam si  
nihil ad rem pertinent: peracta sacra duo,  
alterum de sancta cruce, alterum de sancto  
spiritu, tanquam hujus afflatu res agere-  
tur. Deinde recitata oratio plena lau-  
dum meorum. Proximo confessu, quanta  
vi potui torsti fulmen in schismaticos illos  
Cardinales plusquam impium, plusquam  
sacrilegum, plusquam hereticum pronun-  
cians. quicquid illud esset quod aut jam sta-  
tuerent, aut statuere parerent. Tertio  
confessu eodem fulmine terrui Galliam,  
mundum

2.  
Bundini à Lugduno translatus. & quid  
busdā Gallie partibus nominatim exceptis  
quo magis alienarem à rege plebis animos,  
& aliquam inter ipsos seditionem excita-  
rem. Atq; hæc statim acta, quo plus ha-  
berent authoritatis bullis prodita, ad os-  
mnes mihi principes, præsertim ad hos,  
quos videbam in nostram factionem propens-  
iores. PE. At præterea nihil actum? IVL.  
Id actum est quod volebam: vici, si modò  
nostra valebunt decreta. Tres illos Caro-  
dinales qui persisterunt in capti, Cardi-  
nalitia dignitate publicis ceremonijs spoli-  
ari, sacerdotiorum census alijs contuli: ne  
facile possent restituui, ipsos tradidi Satane,  
libentie tamen igni traditurus, si in manus  
meas incidissent. PE. Attamen si vera nar-  
ras nō paulò sanctiora videntur illius schis-  
matici conciliabuli decreta, quam tui sa-  
crosancti concilij: unde nihil adhuc video  
prodijisse, nisi minas tyrannicas, execratio-  
nes, & astu mixtam crudelitatem. Si  
Satanas fuit author istius conciliabuli &  
proprius videtur ad Christū accedere, quam  
spiritus

Spiritus ille nescio quis, qui modo vestrum  
moderatus est concilium. IUL. Quin tu  
quid loquaris etiam atq; etiam vide. Nam  
omnibus hullis meis execratus sum omnes,  
quicunq; illi conciliabulo quocunq; modo  
faverint. PE. Miser ut adhuc veterem  
spirat Iulium. Sed quis tandem hujus exis-  
tus negotij? IUL. Hoc equidem in statu  
reliqui, quorsum evasurum sit, viderit for-  
tuna. PE. Nimirum schisma manet. IIII.  
Manet, & quidem periculosisimum. PE.  
Et tu Christi vicarius schisma maluisti,  
quam verum concilium? IIII. Vel tres  
centa schismata potius, quam me velint in  
ordinem cogi, & ad totius vitae reddendam  
rationem adigi. PE. Ita tibi conscius? IIII.  
Quid id tua? PE. Intelligo. Non expediebat  
eum mouere camerinam, sed penes us-  
tros erit victoria? IIII. Istud fortuna est  
in manu. Quanquam a nobis plus est pe-  
cuniarum. Gallus exhaustus est diutini  
jam bellis, Anglus auri montes habet intas-  
cos adhuc. Illud indubitate possum vas-  
cinari: Si Gallus ricerit, id quod abos  
minor.

minor, vertentur rerum nomina, sacros  
sanctum illud concilium, satanae concilia  
bulum erit. Ego idolum pontificis, non  
pontifex, penes illos Spiritus sanctus erit  
nos spiritu Satanae fecerimus omnia. Ves  
rum ingens mihi fiducia est in relictis pe  
cunij ne haec fiant. P.E. At quid rei tandem  
incidit adversus Gallos, & horum Regem? qu  
em vestri majores Christianissimi titulo  
decorarunt: præsertim cum illorum præfis  
dys fatearis & vixisse te, & ad istam plus,  
quam imperiale coronam erectum: deniq  
Bononiam, & reliquas urbes, recepisse, do  
muisse Venetos, omnibus invictos. Quo  
modo totam recentium meritorum abolita  
memoria? Quomodo tot discessa federa?  
ILL. Istam explicare fabulam per longum  
fuerit. Verum ut summatim dicam, nihil  
A me novatum est; Sed quod jam olim  
animo parturieram, sum parere cœpi: quod  
antea rebus ita poscentibus, dissimularam,  
tunc aperui. Gallis nunquam ex animo  
bene volui. Hoc tibi de tripode dictum  
puta. Nec ullus Italus ex animo bene vult

Barba-

Barbaris : non Herculem agis, quam lupū  
agnis. Sed ego non Italus modò, verum  
etiam Ganuenſis : tantis per illis utabar a-  
amicis, dum opus esset illorum, ministerio.  
Quandoquidem hactenus utendum est ope  
Barbarorum. Interea multa tuli, multa  
dissimilavi, multa ſinxii : deniq; nihil tum  
& feci, & paſſus ſum. Verum ubi jam  
res in eum prope locum deductæ ſunt, in  
quem volebam, ſupererat ut vere Iulium  
agerem, tetramq; illam Barbarorum fecem  
Italia ſubmoverem. P.E. Cuiuſmodi beluae  
ſunt iſti : quos vocas Barbaros ? IUL. Hoſ-  
mines ſunt. P.E. Homines igitur, at non  
Christiani ? IUL. Et Christiani, ſed quid  
hoc ad rem pertinet ? P.E. Ergo Chris-  
tiani quidem, ſed abſq; legibus, abſq; litteo-  
ris, agrestem degentes vitam. IUL. Im-  
rebus iſti maxime florent quin inſuper, id  
quod illi imprimis invidemus, opibus. P.E.  
Quid igitur ſibi vult Barbarico nomen ?  
Quid muſſas ? GE. Dicam hujus vice. Itali  
cum ſint ex omni barbariſimarum natione  
num collayie conflat, confuſiq; non aliter  
quam

quām sentīna quēdam, tamen ē gentiliū  
literis, hanc imbiberunt insaniātū, ut ex  
tra Italiā natos Barbaros appellent. Quod  
quidem cognominis, apud illos, contumel  
iosius est, quām si parricidam dicas. aut  
sacrilegum. P.E. Ita videtur. Atqui cum  
pro omnibus hominibus mortuus sit Christus,  
nec apud illum sit ullius personæ re  
spectus: cumq; tu Christi vicarium prōfis  
teris, cur oīnes non completabaris eodem  
enīmo, quos non discrevis, ipse Christus &  
ILL. Evidēt & Indos & Afros, & Af  
riopes, & Gracos complecti cupiam, si  
modo munarent, & principem agnoscant  
vectigalibus. Verum hos omnes retidio  
mus, & proxime Gracos quōd homines nie  
nium tenaces, parum agnoscerent Rom.  
pontificis maiestatem. P.E. Ergo Romana  
sedes totius orbis veluti horreum est? ILL.  
Magnum verò, si omnium metamus carnali  
a, cum omnib; nostra spiritualia semina  
nemus. P.E. Quae narras spiritualia? Nam  
adhuc quidem pr̄ter mundana radio nio  
hi. Fortasse doctrina sacra trahit  
Gbris

**Christum.** **ILL.** Sunt qui concionentur si velint. nec eis prohibemus, modo ne quid dicant adversus majestatem nostram. **PE.** Quid igitur ? **ILL.** Quid et cur regibus datur quicquid exegerent ? nisi quia hic acceptum referent singuli. quicquid possident, etiam si nihil ab illis acceperint. Ita quicquid est sacri usquam, nobis imputandum est, etiam si totam stetamus vitam. Quanquam præter ista largissime donamus indulgentias exigua pecuniola, dispensamus in rebus gravissimi non maxima summa, pessimis omnibus obvijs benedicimus, idq; gratiis. **PE.** Evidem nihil horum intelligo. Sed redi ad id quod institutum erat: quam ob rem tua sanctissima majestas cunctopere Barbaros horreat, ut cœlum terræ miscendum duxeris, quo illos ab Italia depelleres. **ILL.** Dicam, superstitionem est, cum omne Barbarorum genus, tum precipue Gallorum Nam cum Hispanis non pessimè nobis convenit, sive linguam spectes, sive mores. Quanquam hos quoq; submotos volebam, quo prorsus nobis licet more nostro agere.

**PE.**

PE. Colunt præter Christum & alios Deos? IUL. Imò. Christum ipsum nimis anxie colunt, Antiquis quibusdam & jampridem obsoletis vocabulis. mirum est quam adhuc homines stultissimi promoteantur. PE. Fortè magicis. IUL. Nugares: imò simonia, blasphemia, sodomia, veneticio, sortilegio. PE. Bona verba. ILL. Itidem, ut tu nunc abominaris, & isti. PE. Omitto nomina, at res apud vos sunt, ne dicam apud ullos Christianos. ILL. Sane Barbari non ipsi vacant vitijs, sed cum diversis laborent, nostra execrantur, suis blandiuntur. Nos contra, nostris blandimur, illorum abominamur. Nos abominandum probrum ducimus, ac per fas, nefasq; fugiendum paupertatem: illi vix Christianum esse existimant opibus frui vel sine fraude queritis. Nos ebrietatem nec nominare audemus ( quanquam hac quidem in parte, non ita vehementer ab illis dissentiam, si cetera convenient ) at Germani leve putant erratum, & festivum magis quam sceleratum. Usuram vehementer

menter execravit illi, at apud nos nullum  
hominum genus eque necessarium Ecclesie  
Christi. Venerem preposteram usq; adeo  
spurcatam ducunt illi, ut si quis vel nomine  
net modò, & aërem & solem existimat  
pollutus; nobis longè diversa sententia est.  
Item simonia, jam olim è rerum natura  
sublatum vocabulum, velut umbram adeo  
huc formidant illi: ac antiquitas jam ves-  
terum leges mordicus tenet. Nos alio  
spectamus. Atq; hujusmodi permulta sunt  
alia, in quibus nobis non convenit cum Baro  
bari. Proinde cum simus tam dissimili  
vita instituto: procul arcendi sunt à nostris  
mysterijs, magis suspecturi si nesciant. Nam  
si semel intellexerint arcana curiae nostrae,  
protinus evulgant: & nescio quo pacto ad  
vitia reprehendenda sunt oculatissimi: serio  
bunt maledicentissimas ad surs litteras.  
Clamat passim apud nos non esse sedem  
Christi, sed sentinam Satanae. De me dis-  
putant, num sim affecatus pontificium sic  
vivens, num pro pontifice sim habendus.  
Atq; ita primum minuunt nostram apud

ig notes

ignotos sanctitatis opinionem, simul & au-  
thoritatem: qui nihil ante de nobis audie-  
rant, nisi quod Christi vicem gereremus, &  
proximum atque ideo parem Deo potest atem-  
teneremus: Atque his rebus intolerabilis eco-  
clisia jactura nescitur. Dispensationes  
& pauciores, & minores vendimus. Minor  
census redit ex episcopatibus & sacerdotijs  
ac abbatijis: Vulgus, si quid exiguiur, ma-  
lignus dat. Breriter, undecunq; parcior  
questus, & steriliores nundinae. Postremo  
fulmina quoq; nostra minus ac minus hor-  
rent. Quod si semel eò processerit audas-  
cia, ut dicant sceleratum pontificem nihil  
agere, ac fulmen minasq; contempserint,  
nobis ad famam plane redierit res. Quod  
si procul abfuerint (ita ingenium est baro-  
barorum) impensis venerabuntur, nosq;  
literis commode scriptis, ex animi senten-  
cia rem gereremus. P.E. Non optimè nobis  
cum agitur; Si hinc pendet authoritas ac  
postolica, ut vita ignoretur, nesciantur  
technæ Nos nihil aliud optabamus, nisi  
ut univer. sis esset cognitum, quicquid vel in

cubiculis

tubiculus ageremus. Atq; ita demum plus  
rimisiebamus, si vere innotuissemus. Ves-  
rum illud expedi, adeo religiosos principes  
nunc habet mundus, tantq; est apud illos  
sacerdotum reverentia, ut ad unius, atq;  
adeo talium nuntum, ad arma descenderint us-  
niversi. Nam meis quidem temporibus hos,  
infestissimos hostes patiebamur. IUL.  
Quantum ad vitam attinet, non sunt ade-  
modi superstitionis Christiani. Nos plane  
contemnunt, ac pro nugamentis habent:  
nisi quod aliquot ex his infirmiores non nihil  
metuunt terrificum illud fulmen excom-  
municationis. Nec hi tamen perinde re-  
atq; opinione commovētur. Sunt quinostras  
opes vel sperāt vel metuūt: eog; non nihil nos  
stræ deferūt autoritati. Quibusdā persuas-  
sum, ingens aliquod infortunium manere  
hos, qui sacerdotibus qualibuscunq; nego-  
tium facebunt. Omnes fermè, ut sunt  
civiliter educati non nihil tribuunt ceras-  
monijs, præsertim à nobis provocati. Nam  
ceremoniae seu fabulae quadam vulgo dan-  
tur. Ceterum res interim serio agitur.

Nos

Nos illos magnificiū tituli decoramus, etia  
si sint sceleratissimi. Hunc catholicum  
appellantes, illum serenissimum, alium illu-  
strissimum, alium augustum, omnes dile-  
ctos filios appellamus: illi vicissim nos san-  
ctissimos patres in suis literis vocant: et  
aliquoties ad oscula pedum se submittunt;  
& ubi non multum negotij vertitur, cedunt  
nonnunquam authoritati nostrae, quo sibi  
pietatis opinionem apud vulgus parent. Nos  
illis rosas mittimus consecratas, tiaras gla-  
dios & illorum dignitatem, maximis bul-  
lis confirmamus. Illi vicissim mittunt e-  
quos, milites, pecuniam: nonnunquam &  
pueros, atq; ita murum (quod ajunt) mulū  
scabunt. P.E. Si tales sunt, nondum intelli-  
go quo pacto potueris summos reges ad gra-  
vissima bella concitare, præsertim ruptis tot  
fæderibus. JUL. Atq; si nunc assequi possis  
ea que dicam, intelliges ingenium plusquam  
apostolicum. P.E. Annitar equidem quo ad  
potero. JUL. Illud imprimis mibi studio-  
fuit, omnium ingeniorum, ac præcipue prin-  
cipum ingenia, mores, affectus, opes, & co-

C

mat

statu per noscere, cui cum quo conveniat,  
eui cum quo disidium sit. Deinde his o-  
mnibus ad nostram communitatem uti. Prin-  
cipio Gallos facile concitavimus in Venetos,  
quod inter hos intercederet vetus atq; an-  
tiqua similitas. Deinde sciebamus eam  
gentem avidam imperij prorogandi. Et  
Veneti illorum quoq; nonnullas urbes occu-  
parant. Itaq; meum negotium, cum illo-  
rum negotio miscui. Tum Imperator, quan-  
quam non admodum amicus Gallo, tamen  
quia non erat alia spes à Venetis recipien-  
di, que tenebant, ( tenebant enim urbes a-  
liquot egregias ) pro tempore se huic bello  
adjunxit. Deinde, quum non placeret  
Gallo supra modum crescere ( res enim suc-  
cesserat felicius quam volebam ) primum  
Hispaniarum Regem in eos extimulavi, pri-  
mum hominem, fidei non admodum ada-  
mantine, deinde cuius magnopere refere-  
bat, utcumq; premi Gallorum potentiam,  
cum ob alia multa, tum praeципue, ne quan-  
do ditione Neapolitana excluderetur. Ad  
hac Venetos, tametsi non probarem, sicut  
tamen.

2.

Tamen in gratiam recepi, ut hos quoq; re-  
centis clavis dolore exacerbatus in Gallos  
immitterem. Rursum Imperiorem, quem  
paulo ante cum Galli coniunxeram, ab illis  
distraxi: idq; partim pecunijs, que apud  
hominem gentem semper valent plurimū,  
partim litteris, & nuncijs, renovato veteris  
in Gallos odio, quo vir ille mirum quā in  
semper flagrariet, etiam si deerat ulciscendi  
facultas. Jam Anglos sciebam genuino  
odio esse in Gallorunt gentem: & in con-  
junctissimos Scotos. Ad hac intelligebare  
nationem esse præferocem, & belli cupidam,  
idq; potissimum prædandissime: tum etiam  
superstitiosam aliquantulum quod longissi-  
mē ab sit à Romis: postrem id temporū, nova  
libertate (que tandem illis morte regis-  
minam severissimi configerat) insolentes  
ac penē temulentos, ut facile jam possent ad  
quamvis insaniam extimulari, quodq; ma-  
xime volebam. Accesit ad oportunitatem  
rerunt mearum Rex idmodum adolescens,  
nō puer putius, & nuper regno poritus, in-  
genio acrivipidoq; ac vere juvenili, hoc est.

C. 2.

inquit

inquieto & bellico, nec etate tantum  
ambitus, & ad res non mediocres ere-  
ctus. Quis jam tum à primis annis hic spe-  
& tasse dicebatur, ut Gallos adoriretur ar-  
mis. Super omnia affinis erat Hispano Regi,  
quem ad armam jam traxeram. Hisce re-  
bus omnibus usus sum ad ecclesie commodi-  
tatem. Ac sexentis litteris, non absq; in-  
genio scriptis, tandem involvi principes  
bello, omnium gravissimo. Neg<sub>z</sub> vero  
quemquam ceterorū intentatum reliqui,  
neg<sub>z</sub> regem Hungarorum, neg<sub>z</sub> Lusitanas,  
neg<sub>z</sub> Burgundionum regibus parem ducem.  
Verum, quia ad hos nihil harum rerum  
attinebat, perpellere non quivi, ac sciebam  
hī tumultuantibus neminem ceterorum  
quietum. Hi igitur, quum suo morem  
gererent animo, tamen honestissimum titu-  
lum acceperant à nobis: ut quo majorem  
cladem inferrent populo Christiano, hoc  
religiosius viderentur ecclesiam Dei prote-  
gere. Atq; uti magis admireris vel inge-  
nium meum, vel felicitatem, belligeraba-  
tur id temporis Hispaniae Rex cum Turcu-  
incredib

incredibili rerum successu, maximoq; suo  
questu: & tamen illis omnibus omissis in  
Gallum universæ vires convertit. Ad  
hac Imperator non federibus modo multis,  
verum etiam beneficijs immensis devinctus  
erat Gallis, vel hoc nomine, quod horum  
sumptu operaq; suas in Italiae civitates re-  
cepisset. Et huic erat quod ageret, nempe  
ut sua tueretur: Nam enim Patavium de-  
sciverat, & in Burgundia, nempe ut Gel-  
dros hostes gravissimos, (in quos belli spe-  
sciendi fuerat author) à nepote suo Bur-  
gundionum principes depelleret. Et eas-  
men effecit, ut sui omisi meum ageret no-  
gotium. Cum nulla gens sit, apud quam  
minus valeat summi pontificis authoritas,  
quam Anglorum fid protinus liquebit, se-  
quis divi Thome Cantuariensis episcopivis-  
tam, ac veterum Regum constitutiones ex-  
volverit (eatamen gens alioquin exactione  
impatientissima, passa est prope modum se-  
deglubi. Mirum autem quiam sacerdotes:  
quog; qui nobis consueverant quicquid pos-  
sunt subtrahere, ijs quantumvis [mulctas]

C. 3

admiss-

admisserint: haud perpendentes cujusmodi  
fenestram regibus in posterum aperuerint.  
Quanquam nec ipsi reges satu anima adver-  
tebant, quod exemplum induxerit adver-  
sus seipso. Ne in pe, ut liceat postea Romano  
sacrifico regno movere, quem oderit prin-  
cipem. Et Rex adolescens majore etiam  
motu rem aggressus est, quam volebam, aut  
quam jussoram, tametsi malebam, in hanc  
peccari partem. Jam vero longum fuerit  
explicare sigillatim quibus artibus eos prin-  
cipes ad tam pericolosum bellum excitarim  
in Christianos, quos nullus unquam Pon-  
tifex, vel in Turcas potuit excitare. P.E.  
At fieri potest, ut bellorum incendium per  
te suscitatum, universum deniq; mundum  
corripiat. IIII. Corripiat sane, modo Ro-  
maana fides dignitatem, & possessiones tu-  
eatur suas. Tametsi conatus sum omnem  
belli molem ab Italiis in Barbaros reiucere,  
dimicant illi, quantum relint, nos spectabi-  
mus. & fortassis illorum fruemur insania.  
P.E. Hac ergo nihil pertinent ad pasto-  
rem, & patrem sanctissimum & Christi  
vicarium

2.  
vicarium? JUL. Cur excitans schis-  
ma? PE. Atqui peccata non nunquam  
ferenda sunt, si plus malorum est à me-  
dela. Deinde si tu concibum admisisses,  
non erat locus schismatis. JUL. Bonæ  
verba. Ego sexcenta bella malum, quidam  
concilium. Quid si me submovissent à pon-  
tificio, veluti simoni acum: & negotiatorē  
pontificij, non pontificem? Quid, si omnem  
vitam meam perdidissent, prodiissentq; in  
vulgus? PE. Etiam si verū esse pontifice  
tamen satius erat honori cedere quam tan-  
ti orbis Christiani malitiam tueri digni-  
tatem. Si modò dignitas est. Episcopa-  
tus indigno commissus, ac ne commissus qui-  
dem, sed & emptus, & arreptus. Unde  
illud mihi obiter venit in mentem, te con-  
cilio quedam divina Gallia extitisse pestem,  
qui prius Ecclesie te pestem invexerint.  
JUL. Per triplicem coronam meam  
juro, perq; meos clarissimos triumphos  
si mihi bilem snoperis, senties & tu rite  
Julij. PET. O phreneticam. Verum

C 4.

barto-

Bat tenus quidem nihil audio, nisi ducem,  
non ecclesiasticum, sed mundanum, nec  
mundanum tantum sed ethnicum, in eth-  
nicis sceleratiorem. Gloriaris te plurimū  
potuisse ad discindenda fœderā, ad insta-  
nanda bella, ad strages hominum excitā-  
das. Ista Sathanæ potestas est, non ponti-  
ficii: qui Christi vicarium se fecit, eum  
opportet ad illius exemplar̄ quam proxime  
accedere. Est in illo summa potestas, sed  
cum summa bonitate conjuncta: est sum-  
ma sapientia, sed simplicissima. In te po-  
testatis imaginem video cum summa mali-  
itia, summaḡ stultitia copulatam. Quod  
si malorum princeps diabolus, vicarium sibi  
cuiuslibet subrogare, quem potius asciscat,  
quam tui similem? Dic ubi verum aposto-  
licum egeris? Ill. Quid magis apostoli-  
cum, quam angere Christi ecclesiam? P.E.  
Atqui si ecclesia est populus Christianus,  
Christi spiritu conglutinatus, subvertisse  
michi videris ecclesiam: qui orbem univer-  
sum, ad deterrima bella concitaris, quod  
tu impunē malus & pestilens es. Ill.

Nes

Nos ecclesiam vocamus sacras ades, sacerdotes, & praecipue curiam Romanam, me imprimis, qui caput sum ecclesie. PE. At Christus nos ministros fecit, se caput, nisi nunc secundum acreverit. Sed quibus tandem aucta est ecclesia? JUL. Nunc ad rem accedis. itaq<sup>z</sup> dicam. Illa olim famelica & pauper ecclesia, nunc adeo floret ornamentis omnibus. PE. Quibus ardore fidei? JUL. Rursum nugaris. PE. Sacra doctrina? JUL. Obtundis. PE. Contempsu mundi? IUL. Sine me dicere, veris inquam ornamentis: nam istae verba sunt. PE. Quibus igitur. JUL. Palatij regalibus, equis & mulis pulcherrimis, famulatu frequentissimo, copijs instructissimis, satellitijs exquisitis. GE. Scortis formosissimis, lenonibus obsequientissimis. IUL. Auro, purpura, vestigalibus, ut nullus regum non habet milis ac pauper videatur, si cum Romani pontificijs, opibus, strepitug<sup>z</sup>, conferatur. Nemo tam ambitiosus, quin se victu agnoscat, nemo tam laetus, quin suam condemer frugalitatem: nemo tam nummatus.

GE

nec

Nec fñenerator, quin nostris invideat opibus. Hæc inquam ornamenta & tutatus sum, & auxi. PE. Sed dico mihi, quis omnium primus istis ornamenti & inquinavit & oneravit ecclesiam, quam Christus purissimam pariter & expeditissimam esse voluit? JUL. Quid istud ad rem attinet? certè quod est caput, tenemus, possidemus. fruimur, quanquam ajunt Constantinum quondam universam imperij sui majestatem in Sylvestrum Romanum pontificem transfusisse, phaleras, equos, currus, galeam, baltheum, paludamentum, satellitum enses, coronas aureas, & auri quidem purissimi, exercitus, machinas bellicas, urbes, regna. PE. Et extant istius munificentie certa monumenta? JUL. Nulla præter paleam unam, decretis ad mixtam. PE. Fabula fortassis est JUL. Id vel ex meipso coniicio. Quis enim sicut tam magnificum imperium cederet vel patri? sed tamen valde libet credere, & curiosis hæc refellere conantibus, silentium magnum minis interdicimus. PE. Atqui nihil

2.  
nihil adhuc audio, nisi mundum. VI. Tu  
fortasse veterem illam ecclesiam adhuc  
somnia, in qua tu cum fameliciis aliquos  
episcopis frigidum sane pontificem agebas,  
paupertati, sudori, periculis, ac mille ob-  
noxius incommodis. Iam etas in melius  
commutavit emnia. Alia longiores nunc  
est Ro. pontifex, tu nomine, titulog dun-  
taxat eras pontifex. Quid si nunc videres  
tot sacras eedes regis instructas opibus, tot  
ubiq; sacerdotum millia plerosq; censu am-  
plissimo, tot Episcopos armis & opibus sum-  
mis parés regibus, tot splendidissima sacer-  
dotum palatia, præcipue vero. si nunc Ro-  
ma videas, tot purpuratos Cardinales, le-  
gionibus famulorum stipatos, tot equos  
plusquam regios, tot mulos byssō auro,  
geminis, ornatos, aliquor solei etiam ar-  
reis & argenteis calceatos. Iam si sum-  
mum pontificem cor spiceres, sublimem in  
aurea sella militum humeris, rebus ad manū  
motam passim omnes adorantes si crepitum  
audires bōbardarū si clangore tubarū si tō-  
bos clasicorū, si fulmina machinariū vide-  
res, si populi applausus, si acclamaciones, si

C 6

omnis

omnia tædis collucentia, si summos etiam  
principes ad beatorum oscula pedum vix  
admitti. Si spectasses Ro. illum sacerdo-  
tem pede coronam auream imponentem  
Imperatori, qui Rex est regum omnium (si  
quid modo valent jura scripta) quanquam  
nihil obtineat, nisi magni nominis umbrā.  
Hæc inquam si audisses, vidissesq; quid tan-  
dem dices? PE. Tyrannum plusquam  
mundanum videre me, Christi hostem, eco-  
clesiae pestem. ILL. Secus loquereris, si vel  
unum meorum triumphorum spectasses: vel  
eum, quo Bononiam sum inventus, vel quem  
egi Romæ subactis Venetis quo Bononia pro-  
fugiens, Romana sum reiectus, vel quem  
hic egī postremum Gallis præter omnem  
spem fusis apud Ravennam si mannos, si  
caballos, si militum armorum aciem, si duo  
cum ornamenta, si delectorum spectacula  
puerorum, si faces undiq; lucentes, si fer-  
culorum apparatum si pompam Episcoporū,  
si Cardinalium fastum, si trophyæ, si ma-  
rinubias, si in cœlum rebeantes plebis, ac mi-  
litum acclamationes, plausu perstrepentia  
omnia,

omnia, si lituorum cantum, tubarum con-  
nitra, bombardarum fulmina, si sparsos  
in populum nummos, si me veluti numen  
quoddam sublimen ferri spectasses totius  
pompæ caput & authorem: tum Scipiones,  
Æmelios, Augustos sordidos ac frugales di-  
xisses præ me. P.E. Ohe, satis triumphorum  
gloriosissime miles, imò illos, licet ethnicos,  
odio tui complector, qui cæsis tua causa tot  
Christianorum millibus, triumphos agebas  
sanctissimus in Christo pater, tot legionibus  
interitus author exstisti, qui nec unam  
aximulam, neq; verbo, neq; vita Christo lu-  
cifeceris. O paterna viscera, o dignum  
Christi vicarium, qui semetipsum impens  
dit, ut omnes servaret. Tu ut unum pe-  
stilens defenderes caput, totius orbis exitium  
accersisti. IIII. Ista loqueris, quod invi-  
deas gloriae nostræ, dum perspicis, quam hu-  
milis fuerit tuus episcopatus, cum nostro  
collatus. P.E. Audes impudens, tuam glo-  
riam cum mea conferre? Tametsi mea glo-  
ria, Christi gloria est, non mea. Primus  
omnium si mihi das Christum optimum esse.

C. 2

verum

Verumq; principem ecclesie, ipse mihi claves regni dedit, ipse pascendas oves commisit, ipse meam fidem suo præconio comprehavit: te pecunia, te studia mortalium. te fraudes fecere pontificem, si modo pontifex sis appellandus est. Ego tot animarum millia Christo lucrifici; tu tot in exitium traxisti. Ego Romam antea gentilem, primus Christum docui, tu Christiane jam gentilitatis extitisi magister. Ego vel umbra corporis sanabam agrotos, liberabam à demonio vexatos, ad vitam revocavi defunctos, & quacunq; incederem, beneficijs implebam omnia. Quid simile tui habuere triumphi? Poteram verbo quem voluisse tradere Sathanam; & quantum potuerim, experta est sophra cum suo marito. Tamen quisquid habebam potestatis, id in utilitatem omnium consumpsi. Tu omnis inutilis, si quid poteras, imo, & quod non poteras ad publicam orbis perniciem vertisti. IIII. Demiror, cur in catalogum gloriarum tuarum non hac etiam addas, passa periem, vigilias, sudores, tribunalia, carceres, vincula, probra, plagas, crux de-

nig.

2.  
nig. PE. Recte admones: Nam ipsis de rebus justius gloriabor, quam de miraculis: Horum nomine Christus nos iussit gaudere & exultare: horum nomine nos beatos vocavit. Ita Paulus collega quondam meus, cum sua jactat facinora, non commemorat urbes armis expugnatas, non legiones ferreas, non orbis principes ad bella concitatos, non fastus tyranicos: sed naufragia, vincula, flagra, pericula, insidias, hic est triumphus vere apostolicus, hæc est gloria Christiani ducis. Iactat ille quos genuerit Christo, quos ab impietate retraxerit, non quot ducatorum millia congesserit. Deniq; nos cū Christo perpetuum jam agentes triumphum laudibus prosequuntur, & mali: te nemo non execrabitur, nisi vel tui similius, vel adulator. TLL. Rem inauditam audio. PE. Credo, nam qui tibi fuisset otium evangelicas exolvere litteras, Pauli, measq; epistolas lectitare, tot legationibus, tot fæderibus, tot rationibus, tot exercitibus, tot triumphis occupato? At ceteræ quidem artes omnes animum desiderant sordidis vacuum curis: Christi vero disciplina pectus

pectus requirit ab omni contagio terrene  
sollicitudinis purgatissimum. Nec enim  
tantus magister e celo descendit in terras  
ut facilem aliquam, aut vulgarem philo-  
sophiam traderet mortalibus. Non otiosa  
sa neq; secura possessio est, esse Christianum,  
voluptates omnes ceu venenum aspernari,  
dixitias perinde ut lutum calcare, vitam  
pro nihilo ducere, haec est Christiani homi-  
nis professio. Hec quoniam intoleranda  
videtur ijs, qui Christi spiritu non aguntur,  
ad inania quedam vocabula, merasq;  
ceremonias deflectunt, & factitio capiti  
Christi, factitium addunt corpus. ILL.  
Quid tandem mihi hanc reliquum facis, si  
me nummu exuis, si regno spolias, si nudas  
feno're, si voluptatibus abdicas, si vita pri-  
vas? PE. Quin tu igitur ipsum Christum  
infelicem proponitas: qui cum esset omnium  
summus ludibrium factus est omnium: in  
paupertate, sudoribus, jejunijs, in fame vi-  
tam omnem peregit: deniq; morte omnium  
probrosissima defundit est. ILL. Inveniet  
fortasse, qui laudet, qui imitetur, nemine.

hū

2.  
hū sane temporibus. PE. Atqui hoc ipsius  
deniq; laudare, est imitari. Quānquam  
Christus non orbat suos bonis: Sed pro falso  
sis bonis, veris & aeternis locupletat, at non  
locupletat nisi prius omnibus hujus mundi  
bonis abdicatos ac repurgatos. Ut ipse  
totus erat cœlestis, ita corpus suum, hoc est,  
ecclesiam sui simillimam esse voluit, id est,  
à mundi contagis alienissimam. Alioquin  
qui posset esse idem cum illo, qui sedet in cœ-  
lis, si terrenis adhuc fecibus immergatur?  
Verum ubi fuerit excussum ab omnibus hu-  
jus mundi commodis, atq; etiam quod am-  
plius est, affectibus. tum deniq; Christus suas  
explicat opes: pro relictis ~~mellitis~~ (mō  
multa aloe tinctis) ~~voluptatibus~~, cœlestiis  
gaudiorum gustum impartiit: pro relictis  
opibus longe præstantiores. ILL. Quas ob-  
secro? PE. Ni tu vulgares opes putas,  
prophetiae donum, donum scientiae: donum  
miraculorum, nisi vilem putas Christum  
ipsum quem quisquis habet, in ipso possides  
omnia. Postremo nisi nos hic pauperem  
agere vitam putas. Ha, ha, quo quis in  
mundo

mundo est afflitor, hoc uberior deliciatus  
in Christo, quo quis in mundo pauperior,  
hoc in Christo lacupletior, quo in mundo  
dejectior, hoc in illa sublimior & honora-  
tior, qua minus vivit in mundo, hoc magis  
vivit in Christo. Verum, cum totum cor-  
pus suum purissimum esse voluit, cum praeceps  
ministros, hoc est episcopos: & inter hos quo  
quisq; major est, hoc debet Christo similior,  
& ab omnibus mundi comedii expeditior &  
exoneratior esse. Nunc contra video eū qui  
Christo proximus, acq; adeo per haberi vult,  
omnibus maxime rebus sordidissimis immer-  
sum, pecunijs, ditionibus, copijs, bellis fa-  
deribus, ut ne quid interim de ritus dicam.  
Et cum sis alienissimus à Christo, Christi  
tamen titulo ad tuam abateris superbiam:  
& illius praetextu, qui regnum mundi de-  
sperxit, mundanum tyrannum agi: & verum  
Christi hostiu exigis honorum Christo debi-  
rum. Benedicis alijs ipse maledictus.  
Aperiis alijs calum; inde ipse procul exclu-  
sus es. Consecras excretus; excom-

manicas

U - 1.1.1. 1.1.1.

2.  
municas, cui nihil est cū sanctū commune.  
Quid enim inter te & Turcarum ducem, nisi  
quod tu Christi vocabulum prætexis? Certe  
mens eadem, consimiles vita fordes. Tis  
major orbis pesti. ILL. At ego cupiebam ec-  
clesiam omnibus bonis exornatam : Sed  
Aristotelem ajunt tres bonorum ordines  
constituere: quorum quædam sunt fortunæ,  
quædam corporis, quædam animæ. Itaq; no-  
tebam bonorum ordinem invertere. A for-  
tunæ bonis ecepi : fortasse paulatim ad ani-  
mi bona venturus, nisi præmatura mors ter-  
ris me eripuisse. PE. Præmatura sane,  
nempe septuagenarium, quamquam quid o-  
pus erat aquam igni misceret. JUL. Arque  
si desunt ista commoda, vulgus nos non pilo-  
faciet. Quin nunc quoq; metuunt & ode-  
runt. Atq; ita tota resp. Christiana colla-  
beretur, ni contra vim inimicorum se se de-  
fendere queat. PE. Imo si Christianorum  
vulgus conspiceret in te veras Christi dotes,  
nempe iuste & sanctimoniam, sacram doctri-  
nam, charitatem flagrantem, propheti-  
am, virtutes : hoc te magis suspiceret

quo

quo à mundi commodis intelligeret mun-  
diarem. Et Christiana resp. latius flo-  
ret, si puritate vita, si contemptu, volu-  
ptatum, dixitiarum, imperij, mortis, gen-  
tilibus esset admiranda. Nunc non solum  
contracta est in augustum, verum etiam si  
diligentius excutias plerosq; nomine dun-  
taxat invenies Christianos. Quæso te no  
reputabas tecum cum esses summus ecclesia  
pastor, quibus modis nata esset ecclesia, qui  
bus aucta, quibus constabilitata? Num  
bellis, num opibus regijs, num equis? Imo  
potentia, sanguine martyrum, & nostro  
carceribus, florris. Tu ecclesiam dicis au-  
tam: cum mundano dirione oneratis sum  
ilius ministri. Ornatam vocas: cum mundi  
muneribus ac delitijs inquinatur. Defen-  
sam appellas: cum pro sacerdotum peculio  
mundus universus bellis pernitiosissimis co-  
flictatur. Florentem dicis: cum mundi  
voluptatibus ebria est. Tranquillam, cum  
nemine reclamante, dixijs, imo vitijs frui-  
tur. Atq; hic bracteatis principibus imo  
posuisti; qui te præceptore docti, magna  
sua

2.  
sua latrocinia ac furiosos conflictus, Christi  
defensionem vocant. ILL. Atqui ista non  
quam antehac audivi. PET. Quid igitur  
docebant te concionatores? IUL. Ab illis  
quidem nihil nisi meras laudes audiebam:  
phaleratis verbis mea præconia detonabat,  
me Jovem fulmine concutientem omnia,  
me verum quoddam numen esse prædicab-  
ant: publicam orbis salutem: aliq; id  
genus permulta. PE. Nec mirum sine nul-  
lum extitisse qui te condiret: cum tu sal-  
esses insulsus & fatuus. Nam id proprium  
apostoli viri munus, alios docere Christum,  
idq; purissime. ILL. Non aperis igitur?  
PE. Cuivis potius, quam tali pesti. Nam  
tibi quidem omnes excommunicati sumus.  
Sed vis consilium non malum: habes ma-  
num hominum strenuorum: habes pecu-  
niam immensam: es ipse bonus ædificator,  
extrue tibi novam aliquam paradisum, sed  
probè munitam: ne possit à cacodemonio-  
bus expugnari. ILL. Imo faciam quod me  
dignum est: operiar menses aliquot: &  
auctis copijs meis, vii deturbato vos istine  
vix

nisi in deditio[n]em veniat. Neq[ue] enim  
dubito, quin brevi sint e[st] bellorum stragibus  
sexaginta hominum milia; hic p[er]petua.  
PE. O pestem! O miseram ecclesiam. Sed  
beus Genit[us], nam tecum magis libet confa-  
bulariz quām cum isto tētērīmo monstro.  
GE. Quid est? PE. Sunt istiusmodi ceteri  
quod[em] Episcopi? GE. Bona pars hujus est  
farina, verum hic omnium antesignans.  
PE. Tu videlicet hominem ad tot excitasti  
flagitia? GE. Ego minimē, ita adeo prae-  
currebat, ut ipse vix alis adjutus assequi  
possem. PE. Sane non miror si huc tam  
pauci adveniunt: cum hujusmodi pestes  
ecclesie gubernaculis assideant, quando  
quidem vulgus utcunq[ue] sanabile esse vel  
hinc coniūcio: quod ob solum pontificis  
titulum tā spurce cloaca defert hor-  
norem. GE. Rem ipsam dicas, sed  
jam ludum innuit mihi  
meus Imperator: &  
baculum movet,  
itaq[ue] pa-  
.

ORA

**ORATIO.**

AD CHRISTIUM OPTIMUM MAX. PRO:  
ILLIO SECUNDO LIGIURE  
PONT. MAX. A QUODAM BENE DOCTO:  
ET CHRISTIANO PERSCRIPTA.

Legi & adficeris.

**D**O VINE JESU Christe, qui  
vere summus ex pontifex, & u-  
nicum ac unum ecclesie tuae cas-  
put, quam primus ipse sacrosancta morte  
tua deo patri reconciliasti. apostolorum san-  
guine dilatasti, martyrum supplicijs con-  
stabilisti, virginum puritate, confessorum  
pietate ornasti. locupletastiq; (nam hujus-  
modi praesidijs regnum tuum, utiq; spiritu-  
ale, constat) da quæsumus ILLIO secun-

do, m.

do; ut quod assidue gaudet audire, id re  
quog<sub>z</sub> ipsa studeat esse: hoc est, sanctisit  
mus, non inquinatisimus: pater, non ty-  
rannus: servus, non dominus. Tu qui so-  
lus es medicus immortalis & efficax, purga  
cerebrum illius & animi domicilium, in  
quo tuo numini sedem esse oportebat, omnia  
maria: purga cor ejus omnibus imperijs, &  
illusionibus spurcissimi dæmonis, qui mille  
dolis non desinit insidias struere tuo gregi:  
ut tuo jam spiritu ductus atq<sub>z</sub> animatus, ea  
sapiat, ea diligat, ea moliatur, ea sectetur:  
non quæ sunt hujus mundi, id est, satane,  
sed quæ Dei, cuius vicarius appellari non  
gravatur. Tu qui novas omnem creatu-  
ram, inseri illi mentem sobriam, ut crapu-  
læ nidoribus ac nebulis libera, meminisse  
possit, quem occuparit locum, cuius vice  
gerere debeat, nimirum tuam: qui repu-  
diatis omnibus hujus mundi bonis, dilecta  
etiam animam tuam sponte pro ovibus tuis  
impendisti: quo veri pastoris officio fungi-  
veris, reliquisq<sub>z</sub> qui pastoris nomen & vi-  
eem capescerent, exemplum relinqueres:

f48

2.

iae ut post hac Iulius non nisi tui spiritus  
musto repleatur, ut sit sobria quadam &  
sancta ebrietate temulentus: ut nihil jam  
cum pudeat, nisi turpitudinis: nihil hor-  
reat, nisi que tu odisti, nihil amet, nisi ca-  
lestia, nihil sapiat, nisi te, in quo uno bona  
sunt omnia. O transformator omnipo-  
tens, qui solus immensa tua potentia vales,  
vel ex Satana angelum lucis facere, pro-  
fliga a Julio universam vitiorum colluri-  
em: ne sponsam tuam, quam, ut imma-  
culatam haberes, sanguine tuo lavasti, con-  
tamini a fuisse gubernet: ne his qui omni-  
bus scelerum omnium veniam pollicetur,  
ac vendit, ipse sit sceleribus omnibus obno-  
xius: ne qui caput ecclesiae vocari studet,  
membrum sit diaboli: ne qui claves osten-  
tat, quibus regnum celorum alijs aperiatur,  
ipse sit a tuo regno longe seclusus: ne qui  
alios a communione sanctorum excludit,  
ipse nihil habeat cum sanctis commune: ne  
ijs per quem seu canalem omnia sacramenta  
ad nos derivari dicuntur, ipse ipse nihil ha-  
beat patris: ne qui censor omnium esse de-

D bet sic

bet, sic vivat, ut ab omnibus merito reprehendi possit: ne qui alios infami pictura  
ulciscitur; ipse pluimma fadissima de se prebeat argumenta, si quis pictura picturam  
velit retaliare: ne qui tibi proximus est  
honore loci, longissime absit abstevit & dis-  
similitudine. Quid enim tibi commune  
cum Belial? Quid huic mundo cum tua  
philosophia? Procul igitur ab hoc ejice  
Sacram auri famem, & huiusfiliam ex-  
crabilem simoniam: tum in sanam domi-  
nandi cupiditatem, prodigiosas & dictu-  
quod fadas libidines, venescia, cedes, in-  
domitam animi ferocitatem, teterrimam  
belli sitim, ac reliquas id genus animi pe-  
stes: cum quis haudquaquam convenit tuo  
spiritui, per quem mitescunt ac pacantur  
omnia: ne monstrum tam inauditum ferat  
ecclesia tua, velut ex Deo pariter ac diabolo  
constatum; ut qui Dei terreni cognomen  
non invitus audit. nihil minus habeat in  
corde, quam Deum. Averte scandi-  
alum tam pestilens a populo tuo, ne  
in quo pastoris cultum ac titulos agno-  
scunt,

scunt, & quem tuas vices sustinere credūt,  
 hunc videant avaritia nihil differre à fe-  
 neratoribus, libidine non cedere, nequissi-  
 mis, dominandi cupiditate nihil abesse à  
 tyrannis, perfidia nec à lenonibus vinci, re-  
 ligione nihilo præstare turcis, crudelitate &  
 barbarissimis discrepare. Quod si vitia  
 tolli non possunt, saltēm oblivionem immite-  
 tuorum animis: ne benedictiones illius  
 aversentur, si forte in mentem venerit qua  
 detestandas quamq; non dicenda manibus  
 illis patret: ne consecrationes illius vile-  
 scant, si totius vita spuriæ cœgitent.  
 Benignissime Jesu, qui verè lux es mundi,  
 illustra pectus illius lumine fidei: ut jam nō  
 ab adulatoribus perniciosissimis, qui pessima  
 molienti dicunt euge euge: Sed de te, qui  
 veritas es pendeat: nec à Judæis, Chaldaeis,  
 sortilegis, sed à tuis sacris litteris salutem  
 & oracula petat, atq; exspectet: Petri  
 Pauliq; quorum cathedram tenere videtur,  
 evolvat epistolas: has imbibat, illorum spi-  
 ritum illinc hauriat: ut quos semper ex-  
 primit plumbi, magis exprimat vita: &

D 2                    quibus

quibus equari ac etiam anreponi postulat  
dignitate, hos vita sanctimonia non grave-  
tur sicutem sequi. Tolle, tolle Iesu profun-  
dum animi lethargum, tolle crassissimam  
peccatoris noctem: ut videat tuum imperium  
ab hujus mundi dominatu longissime dissi-  
dere, tuam sapientiam à mundi hujus sa-  
pientia ex diametro distare, in summa ni-  
bil convenire luci cum tenebris: videat  
poncificiam dignitatem, non in accumu-  
landis per fas nefasq; opibus, non in vanissi-  
mū titulis, non in fastu strepitūq; munda-  
no, non in tyrannica potestate sitam esse:  
quaē tu semper es aspernatus: sed ita de-  
num amplissimum pontificem, si vita san-  
ctimonia sit principibus quoq; reverendius:  
si vivo Dei verbo grassetur: si tuo spiritu  
sit invictus, si sacerarum literarum scientia  
diyes: si castarum orationum presidio tu-  
sus: si vita contemptu semper intrepidus: si  
crucis emulazione tibi proximus, ut ita  
deniq; summus pontifex appellari glorietur:  
si cui simillimus esse studeat, qui nunquam  
quaē tua sunt quaestivisti. Atq; his armis  
vero

2.

vere apostolicis instrutus, tuū auspiche,  
veros ecclesie hostes fortiter ac feliciter  
prostiget, avaritiam, libidinem iracundiam,  
pertinaciam, ambitionem, reliquāq; vitia:  
que jam sic occuparunt omnia, ut Romani-  
nam quoq; sedem, id est arcem ecclesie, sic  
impie crudeliterq; populentur, ut nusquam  
satanis regnet insolentius, nec usquam  
minus sit locus pietati, quam ubi pietatis  
fontem esse docuit. Cum his hostibus, cum  
his Turcis belligerandum pontifici, sed ar-  
mis spiritualibus Horum opes quantum  
attriverit, tantum auxerit opes ecclesie.  
Sciāt ita rem Christianam propagari, non  
si flagitosissimis adjutus copijs magna Chri-  
stiani sanguinis jactura, famna Christiana  
pacis turbatione, plusculum oppidorum ty-  
rannide premat Romanus pontifex: sed si  
late regnet in animis hominū spiritus tuis,  
qui docet terrena hæc, pro quibus ethnico  
caci digladiantur, pro nibilo ducere. Sal-  
tem his malis quæ vidit, sensit, doctus resi-  
piscat & intelligat, quām non sit ē repon-  
tificum, secularem administrare ditionem.

D 2

Proclus

Procul hunc furorem avertat tua misericordia ab animo pastoris ut ob mundanam ditionem, quam non pauci gentiles paulo cordatores vel refugerunt, vel deposuerunt, tuus vicarius omnia bello, sanguine, cæde permiscat: ut qui tuo exemplo pacis omnime salutat populum, ipse fax sit belli: & cuius erat christianos principes bella forte molientes, autoritate sua compescere, in modis omnibus conetur, universos Christiani nominis principes, all periculosis sumū bellum, non excitare modo, sed etiam cogere. Alioqui si quis præter vitia hostis est ecclesia, quis rego perniciosior hostis, quam pontifex impius? Quis Sultanus tantum Aragis infert ovibus tuis, quantum pastor tuis ornatus titulis, ceterum in modis omnibus lupum agens? Imò quis æquè pestilens Antichristus, quam summus ecclesiæ princeps: qui tui nominis autoritate sublimis, Petri & Pauli titulis commendatus, tuis decoratus insignibus, tuis armatis legibus omnibus his abutitur, adeo quæ tibi tuorum spiritalium sunt inimici: & sub protectoris persona

sona populatorem agit: ut ibi vocetur ec-  
clesia, ubi synagoga est Satana? Ibi Chri-  
stus prætendatur, ubi nihil nisi caro? utq;\_  
nomen heretici in eos potissimum detor-  
queatur, qui pure fortiterg, velint esse  
Christiani. Queso, si serpens ille vetus ho-  
stis tuorum id velit extinxturn quod tu con-  
didisti: quem ministrum optare possit, ad  
hæc magis idoneum, quim eum, in quo  
summa authoritas cum summa impietate,  
Christi majestas cum vita diabolica sit co-  
pulata? ut terrere possit infirmos, fallere  
simplices, corrumpere mediocres, improbis  
abuti. Exonera Iesu Julium tam intole-  
randis negotiorum sircinis, quibus homo,  
nō erat tantum, verū etiam varijs mor-  
bis senex, indigne premitur: ut aliquando  
per mundanas occupationes vacet intueri  
Scopum, quem tu vicarius tui proposuisti:  
videlicet nihil aliud esse spectandum quam  
ut quamplurimos filios te dignos tibi red-  
dat. Negas autem te dignos, qui gra-  
vantur crucem tuam tollere. Porro cru-  
cem tollere quid aliud est, quam nihil ie-

C 6

beg

hoc mundo vel amare, vel concupiscere? Ad  
hunc itaq; scopum fac, ut Julius tuus o-  
mnes suos conatus, omnia studia, omnes le-  
ges, omnem potestatem referat: non ad ea  
quæ tuus spiritus abominatur. Nec eo tor-  
queat muneris autoritatem, ut quicquid  
libeat, id unius licet impunè: sed qui omni-  
bus leges preferibit, ejus vitalegum sit e-  
xemplar. Nec ita, sese paret Petri suc-  
cessor, ut in solis ministris, armis, & hypocrisi,  
apostolicæ dignitatis præsidium collocet:  
utq; optimos quosq; religionis antistites ma-  
xime suspectos habeat, ac formidet. Et  
apud solos eos veneranda sit pontificis au-  
toritas, qui quod absint longius, pontificis  
vitam ignorant. Fac ut etiam si per ostium  
non sit ingressus in ovile, si per impias artes  
irrepsit, ne fraudi sit tuo gregi: sed tuā  
jam virtute immutatus Petrum illū tuum,  
cujus titulo gloriatur, malit cœmulari, quā  
ethnicum illum Julium: cuius solum tes-  
nuisse nomen abunde sati fit, ut ne vitam  
quog; referre libeat: ejus nimirum, qui  
omni libidinum turpitudine contaminatus,  
infatia-

2.  
infatibili pecuniae pariter & gloria siti  
nullo facinore immunita insanissimam domi-  
nandi libidinem, immittentibus furijs,  
postremo nec mente satis constans, orbem  
terrarum bellis perniciosissimis commisit,  
sacra prophanaq; omnia confudit: eoq;  
processit insanie, ut optimi cives sint habiti,  
qui illum e medio sustulerunt, ut publicam  
humani generis pestem. Absit igitur, ut  
hic Julius Julio placeat, audiatq; pestilenc-  
es adulatores, Juliani nominis oinen in-  
calum tollentes: ne forte cordatior aliquis  
vite similitudinem agnoscens, exitum itens  
similem imprecetur: Sed Petrum sibi pro-  
ponat, cui ipse tuas oves pascendas commis-  
sti, sed non nisi ter amorem professo. Cujus  
hac est verè pontificia vox in evangelio:  
Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus  
te. Cujus & illa est verè maximi pontifi-  
cic: Aurum & argentum non est mecum:  
quod autem habeo hos tibi do. Quantum  
absunt ab hac excellentia Petri, qui spiritu  
tualibus bonis omnino vacui tamen titulos  
quosdam & mera pietatis vocabula magna-

D. S.

vendunt;

veniunt: ac tantum hoc congerunt, & sibi  
congerunt quod primus ille pastor se non  
habere gloriatur. Quām absurdum, ut  
pauperis Christi vicarius, præter aurum  
nihil habeat: & habeat tantum auri, ut  
satrapas quoq; ac reges pecunia possit coro-  
rumpere. Hanc igitur tam eximium Pe-  
tri sublimitatem, magno animo Julius tuus,  
ut vere tuus dici possit. Eumq; non solum  
vitijs omnibus libera, ut populus tuus in illo  
tui videat imagines, non Satana: verumo  
etiam fædissimam obrue famam, que de  
illo toto jam orbe terrarum longe lateq; vor-  
litat: adeo turpis, ut pjs non libeat cres-  
dere: sed rursum adeo constans, ut nulli  
mendax videri possit. Que quidem bonis  
mentibus, quas tuus spiritus afflavit, suo  
spiritu, gemitu, dolorem adducit. Ceteri  
rum hostibus fidei risum ac voluptatem af-  
fert, apud quos, ob alienam infamiam, male  
audit sanctissimum nomen tuum. Prematur  
igitur haec teterrima famæ buccina: sed  
prematur non silentio, tyrannicis indicto  
minis: ut ridicule quod homines sciunt,  
nescire

L.

nescire cogantur : quod vident non vis-  
dere compellantur ; quod animo vere res  
et eq̄ cogitant loqui vetentur : sed ipse effi-  
cacious argumentis , i. vita exemplis,  
hominum maledicentiam redarguat, sub  
lata fronte; unde fædi mores scatere solēt :  
ut jam bonus sit odor Deo in vitam fidelium  
non pestilens factor, in pernitiem simplicium  
animarum. Hæc te Jesu pro suo pontifice  
pijs votis orat grex tuus: qui si pro Iulio nō  
meretur audiri, ipse quæsumus pontificem  
agere non graveris: neḡ patiaris, ut unius  
vel insania vel impietas, tantam pestē ad-  
ferat rebus humanis. Excitat spiritum, vel  
Danielis alicujus, qui senis improbi retūdat  
infamiam. Nec omnino sine sponsam tuam  
fucatus titulis, & commutatis rerum voca-  
bulis, novo tyrannidis genere opprimi.

Qui vivis & regnas cum Deo patre in  
unitate spiritus Sancti Deus per  
omnia secula seculorum  
Amen.

**In Germania tandem jam sapiente.**

**F I N I S.**






















Hinne





bit ad princi-  
partem sibi u-  
pecunia res c-  
miles exterius  
conductitius;  
ximam fortu-  
negocio, tui-  
num. Si su-  
lat in bellum,  
recte tibi con-  
uni non vis ca-  
cipi, fortassis  
nè meritè: q-  
plicem facis  
ras barbaror-  
micidis, pra-  
potissimum b-  
adularis, pa-  
lem feroculu-  
taliū feci-  
tere: dumq-  
nitimum su-



the scale towards document

agnam  
us, cuius  
ejorem  
e fit, &  
ices, ma-  
in omni  
et pluri-  
stimu-  
uam non  
one. dum  
cino Prin-  
olim be-  
w te sup-  
ias implo-  
ctis, ho-  
bos enim  
policeris,  
in aqua-  
fina mor-  
is submit-  
mcung, fi-  
ere, pesti-  
lentissi-